


GRAMATICA  
HEBRAICA

IMP  
2  
051





9 m







0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20



9 m










257/24



IMP  
2  
054

~~Caja C-104~~

2

GRAMMATICA HEBRAÏCA  
COMPLETA

EX IIS, QUÆ A DOCT. PETRO GUARINO,  
ALIISQUE AUCTORIBUS PRODIERUNT,  
EXTRACTA,

ATQUE CLARA, FACILIQUE METHODO AD PERFECTAM SANCTÆ  
LINGUÆ, SACRIQUE VETERIS TEXTUS INTELLIGENTIAM  
ACCOMMODATA

A D. SALVATORE VERNEDA ET VILA,  
*Sacræ Theologiæ Doctore, Insignis Collegialis, atque Paro-*  
*chialis Ecclesiæ Sancti Vincentii Castri de Cardona*  
*Canonico Curato, necnon Diocesis Vicensis*  
*Examinatore Synodali.*



BIBLIOTECA DE LA  
CASA DEL CHAPIZ

SUPERIORUM PERMISSU.

---

MATRITI  
EX TYPOGRAPHIA REGIA

MDCCXC.



COMPTON'S PATENT

THE ONLY A PATENTED SYSTEM

FOR THE REPRODUCTION OF

WRITINGS

AND DRAWINGS BY MEANS OF

A SYSTEM OF ELECTROTYPE

AND PHOTO-LITHOGRAPHY

AND BY THE USE OF



REGISTERED TRADE MARK

MATHEW

BY THE PATENT OFFICE

# JESUCHRISTO DOMINO NOSTRO

CRUCIFIXO.

*C*uinam, *Salvator mundi*, opus hoc et  
*Religioni gloriosum*, et *toti reipublicæ*  
*Christianæ proficentissimum consecrari;*



*cuinam potius quàm tibi offerri oportebat, qui ex illa, qua sublatus fuisti, Cruce, tanquam ex cathedra magistri docentis, divinam illam impertiris doctrinam, quæ omnem animum discendi cupidum abundè implet, et mirificè delectat?*

*Quo nomine, nisi tuo admirabili sanè, ac verè sanctissimo insigniri oportebat opus hoc, ad scrutandas scripturas, ad quod tu ipse auditores tuos quondam remittebas, maxime spectans?*

*Quid divinæ Majestati tuæ dignius, quàm brevem ac facilem monstrare viam, quæ plenam, perfectamque eorum, quæ multifariam multisque modis olim Deus Patribus ac Prophetis allocutus es, præbet intelligentiam? Quid augustius, sublimiusque, quàm id, quod ad intima divinæ tuæ Majestatis penetralia viam aperit, ac im-*

*mensa tuæ magnitudinis ac omnipotentiae  
explicat mysteria?*

*Meritò igitur muneris institutique ra-  
tio postulabat hoc tibi soli consecrandum  
opus; quod quidem obsequentissimo ac de-  
victissimo animo, tuis provolutus pedibus,  
tibi offero, dico ac consecro: supplexque ro-  
go, bone Jesu, ut exiguum hoc meæ imbe-  
cillitatis obsequium acceptum habere dig-  
neris, et quod offerentis tenuitas detrabat  
muneri, illud accipientis amplitudo cumu-  
latissimè rependat.*

*Fac etiam, Domine, ut illud ad Reli-  
gionis incrementum, ac tutamen prodesse  
mereatur, eamque omnibus Christianis men-  
tem injice, quâ præditi in eam S. Scrip-  
turæ lectionem incumbant, quæ tibi sit gra-  
tissima, ut valeant singuli cum D. Augus-  
tino dicere: Sint castæ deliciae meæ scrip-*



*turæ tuæ, atque tuo spiritu afflati, possint homines (ut suæ genti optabat Moyses) suis etiam hominibus prophetare ad omnipotentis Dei gloriam, et honorem.*

**DOMINE JESUCHRISTE CRUCIFIXE.**

*Servorum tuorum humillimus*

*Salvator Verneda,  
et Vila.*

## PRÆFATIO.

Cùm nihil magis sit homini dignum, nihil minus ab ejus natura alienum, quàm scire; quid mirum homines omni ætate ac tempore, in id præcipuè incubuisse, ut artes disciplinasque, utiliores præsertim, ac sublimiores, qua fieri posset brevitate, et diligentia sub certis regulis includerent, ac cæteris ediscendas mandarent? Linguæ Hebraicæ utilitatem negare ausus est nemo, imò et bene multi doctorum virorum, eam ad Sacræ Scripturæ, quæ scientiarum scientia meritò dici potest, perfectam cognitionem, absolutè necessariam prædicant: quam acquirere, absque certo ac prævio duce, qui nobis facem præferat, ac secretiora ejus nobis pandat mysteria, operosum nimis, ac pænè supra humanam sortem existimo. Multas sanè habemus hujusce linguæ Grammaticas, sed cùm aliæ nimis latæ, aliæ justò breviores sint, non modicam patriæ, ac literis operam navare me existimo, si id assequar, ut nova hac methodo, quàm ipsis Linguæ Sanctæ studiosis offero, et brevior, faciliorque pateat via ad Linguæ studium, quod tantopere Romani Pontifices commendarunt, ipsique Catholici Reges, præmiorum, ac honorum stimulis



evehere conati sunt. Quis enim nisi planè ignarus, et hospes nescit, Hispaniam nostram in hoc literaturæ genere jam ab antiquis temporibus floruisse? Uberrimi hujus studii fructus fuere celeberrima illa Complutensis Biblia, sæculo XVI vix ineunte typis mandata, ac postea Antuerpiensis, jussu Philippi Secundi.

Onus sanè viribus meis impar, si soli esset ferendum, et ni majorem ipsius partem levasset Hercules ille Doct. Guarinus, qui solidissimâ ac propriâ diligentia, et curâ sic rem tractavit, ut nihil amplius desiderandum reliquerit; quo duce fretus, et publicæ consulens utilitati, hanc operam aggredi nihil dubitavi, et omissis iis, quæ vel prolixa nimis, aut lata essent, quàm ut in hac methodo inseri possent, alia attuli, quæ ex probatissimorum auctorum collatione scitu digna videbantur. In quo cùm non ad meam, sed Dei tantùm gloriam respexerim, nihil me puduit, ea quæ ab aliis accepta habebam, hîc transcribere, ac mutuata reddere, non vanam docti famam aucupatus, sed vigiliarum fructus, et labores, quantum in me est, aliorum utilitati impendere studens.

Hac igitur de causâ, benevole lector, opus hoc, quod jure, Grammatices Guarini compendium vocare potes, in lucem protuli. Nec solùm in eo (si aliquibus ex nostris, non vulgaris quidem eruditionis, quibus et visum, et examinatum fuit, fides

est adhibenda), adolescentes habebunt, unde plenam Linguæ Sanctæ notitiam haurire possint, sed et proveci jam, et maturi Theologi, quibus licet serò, attamen hujus linguæ præcisa innotuit utilitas, ut uberrimos queant in Theologia percipere fructus. Nam extra dubium, est hasce duas disciplinas, Theologiam nempè, et Hebraïcam linguam, mutuis sese veluti amplexibus amplecti.

Difficultatum igitur monstris strenuè jam profligatis huicce studio, lector amice, sedulò incumbere: non enim difficilis, ut apparet, imò facillima hujus linguæ cognitio est, ejusque fructus super mel, et favum studiosorum gutturi dulcis. Si te effœminatus ætatis maturæ amor emolliat, audi August. <sup>1</sup> Eis quippè, ait, doctrinis studeamus, quæ adipiscuntur ab aliis longævus, et capi posse non desperantur. Catonem legimus, Græcam linguam jam octogenarium didicisse, in eaque postmodum eloquentissimè declamasse; hujus sanè, aliorumque plurimorum exemplo a viri docti, et religiosi dignitate alienum existimare debet nemo, ad elementaria declinare consortia; nam ut ad Hieronym. scribit idem August. <sup>2</sup> Ad discendum, quod opus est, nulla ætas sera videri potest; quòd si senes magis decet docere, quàm discere, magis tamen decet discere, quàm ignorare. Si ad ista om-

<sup>1</sup> Lib. 10 de Trinit. c. 1.

<sup>2</sup> Epist. ad Hieron.



nibus utilissima calcar addideris, de amaro semine,  
ut de se ipso ad Rusticum refert Hieronym., dulces  
carpes fructus; sin autem, eò inexcusabilior desidia  
erit, quò peregrinatio brevior, et facilior est, mer-  
cesque magna nimis.

# INDEX

EORUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

## LIBER PRIMUS.

CAPUT I. <i>De Literis.</i>	Pag. 1.
ARTICULUS I. <i>De recta literarum pronuntiatione.</i>	4.
ART. II. <i>De literarum similitudine, et divisione.</i>	6.
CAP. II. <i>De Vocalibus.</i>	10.
CAP. III. <i>De scripturam Hebraicam legendi ratione.</i>	14.
ART. I. <i>De punctorum vocalium situ, et eorum pronuntiationis ordine.</i>	15.
ART. II. <i>De literis פתח dictis.</i>	16.
ART. III. <i>De Daghesc.</i>	17.
ART. IV. <i>De lectione sceva.</i>	20.
ART. V. <i>De ratione distinguendi kametz magnum a kametz chatuph.</i>	23.
CAP. IV. <i>De Accentibus, eorumque usu, potestate, et numero.</i>	25.
CAP. V. <i>De orationis partibus secundum Hebræos.</i>	30.
ART. I. <i>De Nomine.</i>	31.
ART. II. <i>De Nominum generibus.</i>	32.
ART. III. <i>De Nominum Hebræorum numeris.</i>	33.
ART. IV. <i>De Nominum Hebræorum casibus.</i>	38.
CAP. VI. <i>De Pronomine.</i>	41.
ART. I. <i>De Pronominibus separatis.</i>	Ibid.
ART. II. <i>De Pronominibus conjunctis, seu inseparabilibus.</i>	45.



CAP. VII. De Verbo, et Participio.	50.
ART. I. De Conjugationum Hebr. numero, nomine, ac potestate.	51.
ART. II. De Temporibus, et modis Hebr. verborum.	53.
ART. III. De Gerundiis.	54.
ART. IV. De Participiis.	56.
ART. V. De Verborum Hebr. generibus, numeris, et personis.	57.
CAP. VIII. De Verborum perfectorum conjugatio- nibus.	58.
ART. I. De Conjugatione Kal, et ejus passiva Niphhál.	Ibid.
ART. II. De Conjug. Pihél, et ejus passiva Puhál.	67.
ART. III. De Conjugat. Hiphhíl, et ejus passiva Hophhál.	72.
ART. IV. De Conjugatione Hitphahél.	78.
CAP. IX. De Verbis imperfectis.	82.
ART. I. De Verbis deficientibus.	84.
De Verbis deficientibus Pe 2.	85.
De Conjug. Kal.	86.
De Conjug. passiva Niphhál.	88.
ART. II. De Conjugat. Hiphhíl, et ejus passiva Hophhál.	90.
ART. III. De Verbo דָּן dedit.	92.
ART. IV. De Verbis deficientibus secunda radicali, sive 5.	95.
ART. V. De Conjugat. Hiphhíl, et ejus passiva Hophhál.	100.

CAP. X. De Verbis quiescentibus.	102.
ART. I. De Verbis quiescentibus Pe נ.	104.
ART. II. De Verbis quiescentibus Pe ך.	105.
ART. III. De Conjugat. Hiphhál, et ejus passiva Hophhál.	109.
ART. IV. De Verbis quiescentibus Hain ך, vel ך.	112.
ART. V. De Conjug. Pihél, et ejus passiva Puhál.	117.
ART. VI. De Conjugat. Hiphhál, et ejus passiva Hophhál.	119.
ART. VII. De Verbis נִיב venire, נִיב frangere, et נִיב vomere.	122.
ART. VIII. De Verbis quiescentibus Lamed נ.	125.
ART. IX. De Conjug. Pihél, et ejus passiva Puhál.	128.
ART. X. De Conjugat. Hiphhál, et ejus passiva Hophhál.	130.
ART. XI. De Conjugatione Hithpahél.	131.
ART. XII. De Verbis quiescentibus Lamed ה.	132.
ART. XIII. De Conjug. Pihél, et ejus passiva Puhál.	137.
ART. XIV. De Conjugat. Hiphhál, et ejus passiva Hophhál.	139.
ART. XV. De Conjugatione Hithpahél. De Verbo substantivo הִתְּ.	142. 144.
CAP. XI. De Verbis dupliciter imperfectis.	146.
ART. I. De Verbis deficientibus Pe ך, et quiescenti- bus Lamed נ.	147.
ART. II. De Verbis deficientibus Pe ך, et quiescen- tibus Lamed ה.	153.
ART. III. De quiescentibus Pe נ, et Lamed ה.	159.



ART. IV. De quiescentibus Pe ך, et Lamed ם.	165.
ART. V. De quiescentibus Pe ך, et Lamed ם.	171.
CAP. XII. De Verbis quatuor, aut quinque literis constantibus.	179.
ART. I. De Verbis quatuor literis constantibus.	Ibid.
ART. II. De Verbis quinque literis constantibus.	181.
CAP. XIII. De Verborum cum perfectorum, tum imperfectorum cum pronomibus affixis con- junctione.	182.
ART. I. De his, quæ observanda sunt in verborum cum affixis conjunctione.	Ibid.
ART. II. De Affixis, quæ verbis adduntur.	185.
ART. III. De Conjug. Pihél, et Hiphíl cum affix.	197.
ART. IV. De Anomaliis in conjunctione affixorum cum verbis.	201.
ART. V. De Verbo וְ est, sunt &c. cum affix.	202.
CAP. XIV. De Adverbio.	203.
ART. I. De Adverbiis simplicibus, seu cum affix. non compositis.	204.
ART. II. De Adverbiis cum affixis.	207.
CAP. XV. De Prepositione.	208.
ART. I. De Prepositionibus absolutis.	210.
ART. II. De Prepositionum tum conjunctarum, tum disjunctarum cum pronomibus affix. com- positione.	212.
CAP. XVI. De Conjunctione.	216.
CAP. XVII. De Interjectione.	218.
CAP. XVIII. De generali punctorum mutatione.	219.

ART. I. De mutatione kametz primæ syllabæ.	223.
ART. II. De mutatione kametz ultimæ syllabæ.	226.
ART. III. De mutatione tsere primæ syllabæ.	228.
ART. IV. De mutatione tsere ultimæ syllabæ.	232.
ART. V. De mutatione cholem in prima syllaba.	234.
ART. VI. De mutatione cholem ultimæ syllabæ.	237.
ART. VII. De mutatione segol in prima, et in ultima syllaba.	238.
ART. VIII. De mutatione pathach, et chirik, ut sunt vicaria segol.	241.
ART. IX. De punctorum vocalium ob accentus mutatione.	244.
ART. X. De mutatione punctorum ob ם locale, nominibus adjectum.	246.
CAP. XIX. De Thematis, seu radicis investigatione.	247.

## LIBER II.

De Syntaxi.	252.
PARS I. De Syntaxi simplici.	253.
CAP. I. De Articulo.	Ibid.
ART. UNIC. De Hebræorum articulis, ac præsertim ך.	Ibid.
CAP. II. De Nomine.	259.
ART. I. De Nomine proprio.	Ibid.
ART. II. De Nomine appellativo.	261.
ART. III. De Nomine adjectivo.	265.
ART. IV. De Adjectivi comparatione, seu de comparativo gradu.	271.



ART. V. <i>De superlativo gradu.</i>	272.
ART. VI. <i>De Nominum Hebraeorum genere.</i>	277.
ART. VII. <i>De Nominum Hebraeorum numero.</i>	278.
ART. VIII. <i>De Nominum Hebraeorum casu.</i>	279.
ART. IX. <i>De Nominum Hebraeorum regiminis statu.</i>	281.
CAP. III. <i>De Pronomine.</i>	295.
ART. I. <i>De Pronomine demonstrativo.</i>	Ibid.
ART. II. <i>De Pronomine relativo.</i>	299.
CAP. IV. <i>De Verbo.</i>	305.
ART. I. <i>De Verborum significatione in genere.</i>	Ibid.
ART. II. <i>De speciali verborum significatione.</i>	306.
ART. III. <i>De Verborum constructione.</i>	Ibid.
CAP. V. <i>De Participio.</i>	322.
CAP. VI. <i>De Adverbio.</i>	326.
ART. I. <i>De Adverbio in genere considerato.</i>	Ibid.
ART. II. <i>De Adverbio in specie considerato.</i>	327.
CAP. VII. <i>De Præpositionibus.</i>	342.
ART. I. <i>De Præpositionum separabilium constructione.</i>	Ibid.
ART. II. <i>De Præpositionum quarumdam separabilium significatione.</i>	343.
ART. III. <i>De Præpositionum inseparabilium constructione, et significatione.</i>	350.
CAP. VIII. <i>De Conjunctione.</i>	363.
ART. I. <i>De Conjunctione copulativa.</i>	364.
ART. II. <i>De Conjunctione conditionali.</i>	371.
ART. III. <i>De Conjunctione disjunctiva.</i>	374.
ART. IV. <i>De Conjunctione adversativa.</i>	Ibid.

ART. V. <i>De Conjunctione causali.</i>	375.
ART. VI. <i>De Conjunctione conclusiva.</i>	378.
CAP. IX. <i>De Interjectione.</i>	379.
CAP. X. <i>De Constructionis praxi.</i>	382.
CAP. XI. <i>De Hebraeorum numeris.</i>	391.
ART. I. <i>De numerandi ratione per literas.</i>	392.
ART. II. <i>De Numeris per integras voces expressis.</i>	395.
§. I. <i>De Numeris cardinalibus.</i>	396.
§. II. <i>De Numeris ordinalibus.</i>	399.
§. III. <i>De Adverbiis numeralibus.</i>	400.
CAP. XII. <i>De variis Hebraicarum literarum figuris.</i>	402.

## LIBRI II. PARS ALTERA.

<i>De Syntaxi figurata.</i>	405.
CAP. I. <i>De Figuris Grammaticis.</i>	Ibid.
ART. I. <i>De Ellypsi.</i>	406.
ART. II. <i>De Pleonasmo.</i>	407.
ART. III. <i>De Enallage.</i>	408.
ART. IV. <i>De Hypallage.</i>	Ibid.
ART. V. <i>De Synchroni.</i>	409.
CAP. II. <i>De Figuris Rhetoricis.</i>	411.
§. I. <i>De Metonymia.</i>	412.
§. II. <i>De Ironia.</i>	413.
§. III. <i>De Metaphora.</i>	Ibid.
§. IV. <i>De Synecdoche.</i>	414.
§. V. <i>De Catachresi.</i>	415.
§. VI. <i>De Hyperbole.</i>	416.



§. VII. <i>De Allegoria.</i>	417.
§. VIII. <i>De Proverbio.</i>	419.
§. IX. <i>De Ænigmate.</i>	420.

### LIBER III.

<i>De Prosodia Hebræica.</i>	422.
CAP. I. <i>De Carminibus Hebræorum.</i>	Ibid.
§. I. <i>De Metro.</i>	423.
§. II. <i>De Carminum Hebræorum rhythmo.</i>	425.
§. III. <i>De Carminum divisione.</i>	428.

---

### ERRATA.

Pag.	Lin.	Dicit	Lege
13.	24.	ב	ב
17.	22.	missit	misit.
19.	15.	ahibetur	adhibetur.
37.	3.	יִשְׂרָאֵלִי	יִשְׂרָאֵלִי.
47.	1.	propositionibus	præpositionibus.
55.	8.	הַשְּׂטָרִים	הַשְּׂטָרִים.
63.	8.	incipientiibus	incipientibus.
70.	6.	Pahúl	Puhál.
88.	12.	cùm	cum.
94.	13.	יִתֵּן	יִתֵּן.
104.	24.	יִאֲכִילוּ	יִאֲכִילוּ.
377.	6.	Dest	Deest.
387.	6.	Hieroym.	Hieronym.

# GRAMMATICA HEBRAÏCA.

## LIBER PRIMUS.

---

### CAPUT PRIMUM

#### DE LITERIS.

**G**rammatica Hebraïca dicta fuit a Rabbiniſ דקדוק *Dikdúk*, id est, *subtilitas*, a verbo דקק *attenuare*, ex quo Hebræi Doctores faciunt verbum quadratum דקדק *Dik-dék*, quod est *minutatim*, et *subtiliùs considerare*, vel *discutere ad unguem*; eò quia Grammatica Hebraïca subtilitèr, et accuratè literas, puncta, inflexiones, et vocum omnium naturam considerat, ac discutit; nos autem sic eam deffinimus: *Ars rectè, ac purè loquendi Hebraïcè.*

In Grammatica duo præcipuè consideranda sunt, scilicet, *Etymologia*, quæ *vocum singularium naturam, et proprietates explicat*; et *Syntaxis*, quæ *vocum conjunctarum*, ex quibus sermo conficitur, rationem, et elegantiam explicat.

Hebræi inter scribendum, et legendum incipiunt a dextra sinistram versùs, ita ut, ubi Latinus lineam complet, ibi incipit Hebræus.

Literæ ab Hebræis vocantur אותיות *othiiioth*, id est *signa*, eo quia vocis legendæ, ac proferendæ signa sint, et characteres.



Hebræorum literæ duæ, et viginti numerantur, consonæ omnes, nulla hodie vocalis. Duplex est earum figura: una Biblica, seu Chaldaïca, qua Sacræ Scripturæ textus exarari solet; Rabbinica alia, seu rotunda, ad celerius scribendum magis accommodata, quam ad alium locum describendam relinquimus. Earum omnium sequens pagina exhibet 1.º Figuram Biblicam hodiernam, seu Chaldaïcam. 2.º Nomen Hebræicis, et Latinis characteribus exaratum. 3.º Potestatem tam Grammaticam, quam Numericam.

## LITERARUM HEBRAÏCARUM

Figura	Nomen		Potestas	
Hodierna, seu Chal- daïca.	Hebraicè exaratum.	Latine	Grammatica.	Num- rica.
א	אֵלֶף	Aleph.	<i>a</i> aspiratio lenissima.	1
ב	בֵּית	Beth.	<i>b</i> cum puncto sic ב, sine illo <i>v</i> .	2
ג	גִּימֵל	Gimel.	<i>g</i> cum puncto ג, sine eo <i>gb</i> .	3
ד	דָּלֶת	Daleth.	<i>d</i> cum puncto ד, sine illo <i>db</i> .	4
ה	הָא	He.	<i>h</i> aspiratio densa.	5
ו	וָו	Vav.	<i>v</i> consonans fortior ב.	6
ז	זַיִן	Zain.	<i>z</i> vel <i>s</i> lenissimè sonans.	7
ח	חֵית	Cheth.	<i>ch</i> spiritus asper.	8
ט	טֵית	Teth.	<i>t</i> .	9
י	יֹד	Iod.	<i>i</i> consonans.	10
כ	כֶּף	Caph.	<i>c</i> seu <i>ch</i> .	20
ל	לָמֶד	Lamed.	<i>l</i> .	30
מ	מֶם	Mem.	<i>m</i> .	40
נ	נּוּן	Nun.	<i>n</i> .	50
ס	סָמֶךְ	Samech.	<i>s</i> acutum.	60
ע	עֵין	Hain.	<i>h</i> viva voce explicanda.	70
פ	פֶּה	Pe.	<i>p</i> cum puncto פ, sine illo <i>ph</i> .	80
צ	צַדִּי	Tzade.	<i>tz</i> , vel <i>s</i> densius, et plenius ם.	90
ק	קֹף	Koph.	<i>k</i> seu <i>q</i> .	100
ר	רֵישׁ	Resc.	<i>r</i> .	200
ש	שֵׁין	Scin.	<i>sc</i> , vel <i>ch</i> .	300
שׁ		Sin.	<i>s</i> acutum.	
ת	תָּה	Tav.	<i>t</i> cum puncto ת, sine illo <i>th</i> .	400

א ז ה ו ם ך  
1000. 900. 800. 700. 600. 500.



Ex literis in Alphabeto depictis quinque ad dexteram positæ, scilicet: ך ם ן ם ן finales sunt, seu ultimæ dictionum, de quibus postea.

De potestate numerica literarum agemus infra lib. 2, cap. I I.

## ARTICULUS I.

### *De recta literarum pronuntiatione.*

**T**ametsi ad perfectam quarundam Hebraicarum literarum pronuntiationem viva magistri voce opus sit, earum tamen prolationem, quantum per scripturam fieri potest, hîc demonstrare curabimus.

אֵ Aspiratio lenissima est, quæ destituta vocali, umquam sonat.

אֵ Eodem modo profertur ante *e*, et *i*, ac ante *a*, *o*, et *u*, uti in nostra Hispanica lingua *guerra*, *guitarra*.

אֵ Profertur cum *v* consonante in fine *vav*, non minus enim est consonans *v* secundum, quam primum. Sic etiam *tav*, non *tau*; et quamvis sonus literæ *vav* ad sonum ׀ lenis, seu Daghesch destitutæ accedat, ut docet Kimki, densius tamen, et crassius sonat.

אֵ Hæc litera melius per *s*, quam per *z* effertur, sicque מִמּוֹר *mismor* pronuntiat, non *mizmor*.

חֵ Græci, et Latini characterem huic literæ respondentem non habent: Interpretes per *ch* eam sapius exprimunt, ut יֵרֵחֹ *Ferechó* vel *Ferichó*: attamen cum eodem

modo proferatur a D. Hieron. litera כָּה, seu כ lenis, ne unus sonus cum altero confundatur, non pauci dicunt esse aspirationem densiorem, qualis est halitus hominis ex nimio cursu, aut alio quovis labore fortiter aspirantis, ac respirantis; aut cum quis rigentes digitos ex imo fovet gutture, fatetur Guarinus, sicque per duplex *bb* literam hanc esse exprimendam.

כָּה In hoc differt a *t* Latino, quod *teth* ore pleniori, ac crassiori, quàm *t* Latinum proferri debet, hoc est, lingua latiori anteriora palati pulsando.

יָד *Iod*, seu ut volunt alii *Ioth*, per *i* consonans exprimitur, sic *iom*, non *jom*, *dies*.

כָּה Eodem modo profertur ante *e*, et *i*, ac ante *a*, *o*, et *u*, sic *כי* *chi*, vel *כי*, *כֵּלֵב* *kelev*, *canis*.

סָמֵךְ *S* durum tam in principio, quàm in medio dictionis, ut *Sanctus*.

עָךְ Litera hæc, magis quàm alia, viva magistri voce opus habet. Latini aliqui per *g* eam exprimunt in voce *Gomorra*, et in aliis, quæ per hanc literam incipiunt. Judæi orientales, et Syri faciunt eam aspirationem densissimam, summi gutturis, et narium adminiculo illam proferendo.

צָרִי Hanc literam per *s* densius, et plenius, quàm כ aliqui exprimunt; alii verò per *ts* aut *tz*; hisque duobus modis communiter scribitur, et pronuntiatur.

קוֹף *Quoph*, seu *Koph* densius profertur quàm *c* Latinum. Kimki in Michlol fol. 96, col. 2, scribit: distinguendum esse inter כ daghesch effectum, quod sonat,



ut *c* Latinum, et inter *ç* cujus sonus similis est voci, quam edit gallina, facto ovo.

צײ cum puncto in dextro cornu profertur, ut *ch* in vocibus Gallicis *charité*, *chien*, &c. vel sicuti *ch* in Hispanica lingua, dempto sono literæ *t*, eo modo quo Lusitani prædictas duas literas pronuntiant, aut sicuti litera *x* in Catalaunica.

צײ verò cum puncto in cornu sinistro cum *ç* hodie a vulgo Judæorum confunditur, eo quia, teste D. Hieronymo, eundem fermè sermonem obtinet.

Hæc, quæ de literarum pronuntiatione a melioris notæ Grammaticis adnotantur, ferè pro regionum varietate mutantur. Cùm enim fieri non possit, ut literæ, hisce temporibus, cum eadem vocis inflexione proferantur, qua ipsæ Mosis, et Davidis tempore pronuntiabantur, plus æquo solliciti esse non debent linguæ S. candidati de earum accidentibus, dummodo pronuntiationis substantia servata fuerit.

## ARTICULUS II.

### *De literarum similitudine, et divisione.*

Cùm non paucæ ex Hebraïcis literis penè similes sint, ut clarè pateat discrimen, quod inter eas reperitur, afines hujusmodi literas una congerendas, atque alias aliis supponendas duximus.

Beth.	Gimel.	Daleth.	Vav.	Vav.	Vav.	Zain.	He.	Cheth.	Samech.	Hain.	Scin.
ב	ג	ד	ו	ו	ו	ז	ח	ח	ס	ע	ש
ב	ג	ד	ז	י	י	י	ח	ת	ם	צ	ש
Caph.	Nun.	Resc.	Zain.	Jod.	Nun.	Nun.	Cheth.	Tav.	Mem fin.	Tsade.	Sin.

Viginti duæ literæ dividuntur in finales, et non finales: omnes literæ, quinque exceptis, semper eandem figuram retinent; at quinque istæ פ נ מ כ צ initio, et medio dictionis hanc servant figuram, in fine verò dictionis, hoc est, quando sunt ultimæ vocis literæ, illam mutant scilicet פ נ מ כ צ

in ף ם ן ף ץ.

2.º Dividuntur literæ Hebraicæ in quinque classes, secundùm præcipua quinque organa, quæ natura cuique sono distinctè proferendo destinavit, nempe in literas

1.º Gutturis	} scilicet	[ אהחע גיכק דטלנת זסצרש כומף ]	} vulgò dictas	{ Ahchaa. Gichak. Datlenath. Zastserasc. Bumaph.
2.º Palati				
3.º Linguae				
4.º Dentium				
5.º Labiorum				

Literæ istæ vulgò vocantur *gutturales* a gutture, quæ quidem spiritu in gutture formato proferuntur. A palato vocantur *palatinae*, quæ aëre ad oris palatum protruso efferuntur. A lingua *linguales*, quæ, lingua ad radices superiorum dentium affixa, pronuntiantur. A dentibus *dentales*, quæ dentibus anterioribus pulsatis sonant. Denique a labiis *labiales*, quæ, labiis compressis, erumpuntur.

Finales literæ ad easdem etiam classes pertinent, ad quas revocantur, cùm in principio, vel in medio dictionis collocantur.

Ex supradictis quinque literarum classibus, guttu-



rales, et labiales a tyronibus potissimum observanda sunt, ac memoriâ tenenda, propter rationes postea dicendas.

3.° Dividuntur literæ Hebraïcæ in *sonantes*, seu prolatas, aut pronuntiandas; et in *quiescentes*, seu mutas, aut non pronuntiandas. Omnes literæ, quatuor exceptis, sonantes sunt, seu pronuntiantur; at quatuor istæ י ה ו א, quæ memoriæ causâ punctis his vocalibus affectæ יְוֹהֵוּ *ebevi* nuncupantur, quando motione, seu vocali expressa, vel subintellecta carent, non proferuntur, ideoque *quiescentes*, seu mutæ vocantur, de quibus infrâ.

4.° Dividuntur Hebraïcæ literæ in *radicales*, et *serviles*. Radicales, quæ etiam *fundamentales* appellantur, sic vocantur, quòd sint dictionis radix, ac fundamentum, ejusque essentiam constituent. Sic v. g. in voce Latina *amaverunt*, *a*, et *m* literæ radicales sunt, utpotè quæ essentiam verbi *amo* constituent, reliquæ verò serviles. Radicales undecim sequentes numerantur.

ג ד ו ז ח ט ס ע פ צ ק ר

Undecim radicales istæ quatuor his vocibus includuntur: טִפְסָר חָגְזָה זָבֻדֶק *Tiphsar chagh zah tsedek*, hoc est: *Princeps tripudiavit, mota est justitia.*

Serviles literæ sic dictæ sunt, quòd radicalibus additæ, numeris, generibus, personis &c. formandis serviant. Sic in exemplo superius allato *amaverunt*, præter duas priores literas *a*, et *m*, reliquæ censentur serviles, et tertiam personam pluralem præteriti hujus perfecti constituunt.

Undecim pariter numerantur serviles, nimirum:

א ב ה ו י כ ל מ נ ש ת

Undecim has literas tria hæc vocabula complectuntur אֱלֹהֵינוּ כְּתָב מֹשֶׁה Mosce chatav elenu, *Moses scripsit ad nos*. Hoc autem discrimen radicales inter, et serviles invenitur, quòd radicales servilium munia nunquam obeunt, nisi fortè ד et ט, quæ in septima verborum conjugatione interdum loco ת ponuntur, de quibus suo loco: at sæpè serviles naturâ, fiunt officio radicales; imò voces non paucæ reperiuntur, quæ meris constant servilibus, ut tria superiora vocabula; tuncque cùm opus est, proformandis modis, seu dictionum accidentibus, in quibus serviles illæ sunt radicales, aliæ serviles adjiciuntur. Qui nomina et verba aliquantulum attigerit, is, quando serviles literæ suas, aut radicalium partes agant, faciliè intelliget.

Ad literarum divisionem quodammodò pertinent literæ *productæ*, seu *protractæ*. Cum Hebræi in fine linearum voces non dividant, ita ut pars una dictionis lineam terminet, et pars alia lineam incipiat, ne quid remaneat spatii, sex literas latius in transversum diducunt, illæque sunt א ה ל ת מ ר, quæ quidem hoc modo protrahuntur אהלהלתםר. Rariùs tamen ל et ר.



## CAPUT II.

*De Vocalibus.*

**C**odices Hebræos absque certis, ac definitis vocalibus olim exaratos fuisse, opinantur doctiores, cum Judæi, tum Christiani, quapropter ne genuina vocum pronuntiatio, et genuinus earum sensus periret, excogitata fuerunt puncta, seu figuræ, quibus vocalia suplerentur; puncta illa, quæ vocalium munia obeunt תנועות *tenuóth*, idest, *motiones* vocant Hebræi, quòd per eas moveantur, seu proferantur consonantes; sicuti per animam, ut volunt, movetur corpus. Dicuntur etiam *puncta vocalia*, quia punctis, ut plurimum, componuntur, et vocalium vices gerunt. Quidquid sit de punctorum vocalium inventoribus, et quo tempore:

Triplicis generis sunt *motiones*, seu *vocales*, quæ in Bibliis punctatis reperiuntur. Aliæ magnæ, seu longæ. Aliæ parvæ, seu breves. Aliæ denique minimæ, seu brevissimæ, quæque *puncta rapta* vocantur, quia raptim, et cum magna celeritate proferuntur. Quinque magnas motiones, seu vocales numerant, quinque parvas, et quatuor minimas, quarum omnium figuram, nomen, potestatem, et situm sequens schema exhibet.

PUNCTORUM VOCALIUM

	Figura.	Nomen.	Potetas.	Situs.
Motiones magnæ, seu vocales longæ.	׀	קָמֶץ Kametz	a	א
	׃	צֶרֶי Tsere	e	א
	ׂ	חִירִיק גָּדוֹל Chirik gadhol	i	א
	׃	חֹלֶם Cholem	o	א
	ׂ	שׂוּרֵק Scurek	u	א
Motiones parvæ, seu breves.	-	פְּתַח Pathach	a	א
	׃	סֶגוֹל Sægol	e	א
	ׂ	חִירִיק קָטוֹן Chirik katon	i	א
	׃ et ׀	קָמֶץ חֲטוּף Kametz chatuph	o	א et א
	ׂ	קִבּוּץ Kibbutz	u	א
Motiones mini- mæ, seu brevis- simæ.	׃	שְׁוָא Sceva simplex	e	א
		{ Triplex sceva		
		{ Compositum		
	׃	חֲטֵף פְּתַח Chateph pathach	a	א
	׃	חֲטֵף סֶגוֹל Chateph sægol	e	א
׃	חֲטֵף קָמֶץ Chateph kametz	o	א	

Kametz a Massoretis dicitur etiam kametz magnum, et רַבָּה *racaph*, *latum*.

Tsere dicitur etiam kametz parvum, et interdum etiam simplex kametz.

Chirik *gadhol*, idest *longum*, dicitur quoque chirik cum iod.

Cholem duplicis est generis; aliud cum ׀ otioso,



ut קול, kol, vox, quod cholem plenum vocatur. Aliud sine ו, estque punctum ad latus sinistrum, et superius literæ, cujus est vocalis, sic descriptum: בל chol, omnis, illudque dicitur *cholem deficiens*, quia litera ו deficit.

Cholem hujus deficientis munere sæpè fungitur punctum, quod in dextro, vel sinistro cornu literæ ו pingitur; in dextro, cùm litera præcedens caret motione, ut חושן choscen, rationale, tunc punctum illud est *cholem deficiens*, et *scin* constituit.

In sinistro, cùm litera illa ו motione destituitur, ut שבת sabbat, saturitas, cùm enim litera ו destituta sit vocali, punctum illud in cornu sinistro positum, vices agit *cholem deficientis*, et *sin* etiam efficit.

Si utrumque cum puncto coronetur sic ו, vel aliqua litera præcedit, vel non præcedit: si præcedit, et motionem, seu vocalem habet, punctum, quod est in dextro cornu, *scin* connotabit; quod verò est in sinistro, erit *cholem deficiens*, ut משכב mescoch, trabe, in qua voce litera ו infra punctuata est vocali *sceva*; si verò litera præcedens caret vocali, punctum dextrum erit *cholem deficiens*, sinistrum verò *sin* constituet, ut עשה hose, faciens, qua in voce litera illa ו præcedens motione, seu vocali destituta est.

At quando nulla præcedit litera, punctum, quod dextro cornu insidet, *scin* efficit; quod verò sinistro imminet, *cholem deficiens* exprimit, ut שנה sone, iterans.

Diligenter notandum est, *cholem* istud deficiens, quando post ו scribitur, ac ejus est motio; ne cum *cholem*

pleno confundatur, ut  $\text{בּוֹנוֹת}$  *havonoth*, non *haonoth*, *iniquitates*.

Cavendum quoque est, ne  $\text{ו}$  cum daghesc in medio confundatur cum *scurek*. In eo enim discriminantur, quòd  $\text{ו}$  cum daghesc semper habet infra se, vel post se motionem, seu vocalem, ut  $\text{קִוּוּא}$  *kiwua*, *expectavit*, in qua voce, quia litera  $\text{ו}$  infra se punctuata est, punctum, quod in ejus ventre videtur, daghesc est, sic similiter in voce  $\text{קָוּוּו}$  *kawwo*, *expectare*, quia litera  $\text{ו}$  post se punctuata est vocali *cholem*; *scurek* verò minimè.

Motiones parvæ, seu breves a Massoretis etiam alio appellantur nomine, scilicet :

Pathach, *magnum Pathach*.

Sægol, *Pathach parvum*.

Chirik, *Chirik breve*.

Kametz chatuph, *Kametz cateph*.

Kibbutz, quandoque *Scurek*.

Ut autem omnium punctorum vocalium situs, et vis meliùs cognoscatur, hîc circa literam  $\text{ב}$  descripta habentur.

Motions omnes conglobatæ.	{	$\text{בּ}$ $\text{בַּ}$ $\text{בִּ}$	ba, ba, ba.
		$\text{בִּ}$ $\text{בֵּ}$ $\text{בֶּ}$ $\text{בֶּ}$	be, be, be, be.
		$\text{בִּ}$ $\text{בַּ}$	bi, bi.
		$\text{בּוּ}$ $\text{בֹּ}$ $\text{בֻ}$ $\text{בֻ}$	bo, bo, bo, bo.
		$\text{בּוּ}$ $\text{בֹּ}$	bu, bu.



## CAPUT III.

*De scripturam Hebraïcam legendi ratione.*

**I**d discriminis interest linguam Hebraïcam inter, et Latinam, v. g. quòd qui consonas, et vocales latinas, earumque potestatem noverit, is scripturam latinam facillè legat. At in lingua Hebraïca res aliter se habet; quædam enim literæ modò leguntur, modò silent. Aliæ interdùm duplicantur, interdùm simplices sonant. Eadem hïc cum aspiratione, illic citra aspirationem proferuntur. Sic ex punctis vocalibus, quædam figurâ similia sunt, licèt sono dissimilia. Sceva modò legitur, modò inter legendum negligitur &c. Quare præter consonantium, et vocalium cognitionem, ut quis Hebraïcè legere possit, necesse est, ut sciat 1.º Punctorum vocalium cum literis consonantibus compositionem, sive situm. 2.º Prolationem quatuor literarum quiescentium ם, ן, ף, ם. 3.º Naturam puncti *daghesc*. 4.º Lectionem *sceva*. 5.º Distinctionem *kametz* magni, et *kametz chatuph*. Has quinque leges, seu conditiones in quinque sequentibus articulis expendemus.

## ARTICULUS I.

*De punctorum vocalium situ, et eorum prolationis ordine.*

**P**uncta vocalia Hebræorum literis consonantibus sub-  
jiciuntur, ac post ipsas proferri debent; ita ut syllaba a  
consonante, non verò a vocali incipiat, ut  $\text{ב} \text{ba}$ , non *ab*.

Duæ tamen motiones  $\text{י} \text{scurek}$ , et  $\text{י} \text{cholem}$  non subji-  
ciuntur, sed ad latus sinistrum literæ, cujus sunt voca-  
les, describuntur hoc modo  $\text{ל} \text{lú}$ , *utinam*,  $\text{ל} \text{ló}$ , *illi*.

Quod ad punctorum vocalium post consonantes pro-  
lationem attinet, excipitur (-) *pathach*, quod interdum  
reperitur sub literis  $\text{מ}$ ,  $\text{ע}$ , et  $\text{מ}$  cum puncto in medio dic-  
to *mappik*, quando sunt ultima dictionis litera; istud  
enim *pathach furtivum* appellatur, quia raptim, et quasi  
furtim ante ipsas pronuntiari debet, ut  $\text{מָשִׁיחַ} \text{maschiach}$ ,  
non *mascicha*, *Messias*:  $\text{רַקִּיעַ} \text{rakiab}$ , non *rakiha*, *firma-*  
*mentum*:  $\text{אֱלֹהִים} \text{eloach}$ , non *elocha*, *Deus*.

Idem *pathach furtivum* est, et pronuntiatur ante  $\text{מ}$ ,  
et  $\text{ע}$ , quando sunt penultima dictionis litera, cujus ulti-  
ma habet in medio sui punctulum, quod vocatur *dag-*  
*besc*, et insuper efficitur (: ) *sceva*, ut  $\text{מָסַחַח} \text{mascaact}$ ,  
non *mascachbat*, *unxisti*:  $\text{שָׁמַעַת} \text{scamaat}$ , non *scamabat*,  
*audivisti*.

Denique  $\text{י} \text{scurek}$  initio dictionis syllabam incipit, aut  
potiùs constituit, ut  $\text{וַשְׁמֹו} \text{uscemó}$ , *et nomen ejus*, quam-  
vis alii aliter sentiant.



## ARTICULUS II.

De literis אהוי chevi dictis.

Quatuor istæ literæ א ה ו י *quiescentes*, seu *mutæ* vulgò appellantur, quòd vocali expressa, aut subintellecta destitutæ, quiescant, aut non proferantur. Vocalis enim non subintelligitur nisi interdum sceva, idque in fine, et sub ו, et י tantùm.

Quiescunt, seu non leguntur ubique, et semper literæ א, et ה vocali destitutæ, ut בָּרָא *bará*, creavit, צְדָקָה *tzedakáb*, justitia.

Litera ו quando habet cholem, vel scurek, ut טוֹב *tov*, bonus, הוּא *bú*, ille.

י post kametz sequente vav mobili, ut דְּבָרָיו *devarav*, verba ejus: post tsere, ut דְּבָרָי *divré*, verba: post chirik, ut בֵּין *bin*, intelligere; et post sægol, ut אַחֵיהֶם *acheca*, fratres tui.

ו item, et י in fine dictionum cum quibusdam punctis quasi in unum diphthongum coalescunt, et quidem ו post kametz, pathach, tsere, et chirik, ut דְּבָרָיו *devarav*, verba ejus, קו *kav*, linea, שָׁלוֹם *scalev*, tranquillitas, פִּי *piw*, os ejus.

י autem post kametz, pathach, vav-cholem, et scurek, ut אֲדוֹנָי *adonái*, dominus, דְּבָרָי *devarai*, verba mea, גּוֹי *goi*, gens, בָּנוּי *banui*, edificans.

Circa literas ה, et י notandum est, quod quando inscribuntur cum puncto in ventre earum, quod vocatur

*mappik*, quod quidem tantummodò istis duabus literis pingitur, pronuntiari debent, ה scilicet, per *a* in fine vocis, ut בְּנֵה *benaa*, *filius ejus fem.* י autem in media dictione post *chirik* breve, ut גִּפְרִיּוֹת *gophrijot*, *sulphur*, in qua voce י quod aliàs quiesceret, ex vi *mappik* pronuntiatur per *j*. Aliter sentiunt Auctores aliqui, qui opinantur punctum *mappik* solius ה proprium esse, illudque, quod in י post *chirik* breve aliquando invenitur, non *mappik*, sed *daghesc* appellandum esse.

Insuper notandum est, quod quatuor literæ quiescentes dictæ commutantur in dictionibus, hoc est, una loco alterius ponitur, scilicet: ה loco א, ut מָרָה *mará*, *amarè* pro מָרָא, et e contra א loco ה, et י, ut בִּסָּא *cissé*, *thronus* pro בִּסָּה: loco י, ut בִּרְאָה *birá*, *saginata*, pro בִּרְיָא *biriá*. ו commutatur in י, et י in ו, ut הֵוִי *hevi*, *sis*, pro הָוִי *havi*: קָם *kilam*, *confirmavit*, pro קָוַם *ktivam*.

## ARTICULUS III.

De דָּגֵשׁ *Daghesc*.

**D**aghesc punctum est, quod omnium ferè literarum medio quandoque scribitur. Duplex est, *forte*, et *lene*.

Daghesc forte literas in pronuntiatione geminat, ut שְׁלַח *scillach*, *missit*. Omnes alphabeti literæ, præter gutturales, et ה, sunt capaces recipiendi daghesc forte: gutturales quidem non illud recipiunt propter difficultatem, eas in pronuntiatione geminandi, ה verò ob soni asperitatem: א tamen in paucissimis scripturæ locis *daghesc* istud recipit.



Daghesc lene competit tantum sex istis literis :  
 ת פ כ ד ג ב, quæ memoriæ causa appellantur *בְּגַדְבְּ כֶּפֶת*  
*beghadb chephath*. Eas tamen non duplicat, ut daghesc  
 forte, sed roborat tantum, aspirationem ab eis tollendo,  
 ita ut sic proferantur

cum daghesc: ב, *b*, ג, *g*, ד, *d*, כ, *c*, פ, *p*, ת, *t*.

sine daghesc: ב, *bb* vel *v*, ג, *gb*, ד, *db*, כ, *ch*, פ, *pb*, ת, *tb*.

Cum enim daghesc lene, sicuti et forte nil aliud sit,  
 quam punctum in ventre literæ inscriptum, ad distin-  
 guendum alterum ab altero regulæ aliquæ tenendæ sunt.

1.<sup>a</sup> Sex supradictæ literæ daghesc lene recipiunt ini-  
 tio dictionis, ut *בָּכָה* *bacha*, *flevit*.

2.<sup>a</sup> In medio, et in fine dictionis, cum immediatè  
 præcedit *sceva* quiescens, aut *pathach furtivum*; in medio,  
 ut *חַרְבִּי* *charbi*, *gladius meus*; in fine, ut *קָמַת* *kamt*, *sur-*  
*rexisti fem.*, cum *pathach furtivo*, ut *שְׂמַעַת* *schamaat*, *au-*  
*divisti fem.*, *pathach* loco *sceva* quiescentis.

Aliàs, hoc est, cum sex illæ literæ dictionem non  
 incipiunt, aut non sunt in medio, aut in fine dictionis  
 post *sceva* quiescens, aut *pathach furtivum*, daghesc,  
 quod in illis reperitur, forte est, easque, sicuti cæte-  
 ras, duplicat, et aspirationem ab eis removet, ut *שַׁבָּת*  
*scabbath*, *sabbatum*, *מִגְּגֵן* *miggén*, *tradidit* &c. Unde in  
 voce *דִּבְרָתָא* *dibbartá*, *loquutus est*, primum daghesc in  
 ד lene est, utpotè in principio dictionis, secundum in  
 ב forte, quia est in medio, nec præcedit *sceva* quies-  
 cens, tertium in ת lene, quia est post *sceva* quiescens.  
 Et hæc de daghesc lene sufficiant, ne tyrones in tan-

tis, quæ ab aliis dicuntur, confundantur, illaque in aliis Grammaticis videri possunt.

Daghesc forte quadruplex est, scilicet:

*Demonstrativum*, quod adhibetur post ה demonstrativum, ut הַדָּבָר *baddavar*, *verbum*.

*Compensativum*, quod compensat aliquam literam abjectam, ut הִגִּישׁ *higgisc*, *admovit*, pro הִגִּישׁ, cujus ך compensatur per daghesc, quod in א primæ dictionis invenitur.

*Characteristicum*, quod indicat conjugationes, scilicet *Pibel*: ut פָּקַד *piKKedh*, *præfecit*, et *Pubal*, ut פָּקַד *puKKad*, *præfectus fuit*.

Et *Euphonicum*, quod solius euphoniæ causâ inscribitur, ut מִקְדָּשׁ *mikkedasc*, *sanctuarium*. Hoc daghesc euphonicum, quia adhibetur aliquando ab initio dictionis, dicitur etiam *daghesc forte initiale*.

Daghesc forte rarissimè est post vocales longas, quod si reperiat, semper præcedit accentus tonicus, et vox est penacuta, ut לָמָּה *lamma*, *quare?* Unicum excipe בַּתִּים *battim*, *domus*, quod acutum est, et cum kametz longo ante daghesc forte, præter normam. Post breves propriè adhibetur, et nunquam post brevissimas, excepta unica voce שְׁתִּים *scettim*, *duo*.

Cùm autem vocum analogia sapè postulet, ut post vocales longas daghesc forte adhiberi oporteat, fit, ut vocales longæ antecedentes in breves eis analogas mutantur, scilicet: *cholem* in *kametz-chatuph*, vel *kibbutz*: *tzere* in *chirik*; *scurek* in *kibbutz*, ut אֶתֶּם *tom*, *integritas*,



fit תמיים *integritates*; a רן *ron*, *cane*, fit רני *ronna*, *canite*; a קן *ken*, *nidus*, fit קנים *kinnim*, *nidi*; et a חרול *cherul*, *urtica*, est חרללים *charullim*, *urtica*.

Contra verò daghesc forte ex gutturalibus, et ר exclusum literas antecedentes breves in longas convertit; *pathach* in *kametz*, *chirik* in *tzere*, *kibbutz* in *scurek*, vel *cholem*, ut יברך pro יברך *iebarech*, *benedicet*: ברך *berech*, pro ברך *birech*, *benedixit*: בורך *borach*, pro ברך *burach*, *benedictus fuit*. Frequenter etiam sine ulla compensatione ex gutturalibus exit, ut מרחפת *merachepeth*, pro מרחפת *merachepeth*, *incubans*.

Tandem daghesc forte ex litera scevata sæpè excidit, ut exempla passim ostendunt.

#### ARTICULUS IV.

##### *De lectione (:) Sceva.*

**S**ceva, ut diximus, duplicis est generis, aliud simplex, quod constat duobus punctis, quorum alterum alteri superscribitur hoc modo (:), aliud compositum, quod est sceva simplex præpositum tribus parvis motionibus (˘), (˙), et (˚ chatuph) sic: (˘) (˙) (˚); et est gutturalium proprium. De sceva composito nulla est difficultas, illud enim semper legitur. At sceva simplex modò *mobile* est, id est, profertur, modò *quiescit*, hoc est, silet, seu non legitur.

Mobile omnibus literis adhibetur, exceptis gutturalibus.

Mobile est, seu legitur sceva simplex 1.º in principio dictionis, ut פְּרִי *perí*, *fructus*: eodem modo mobile est, quando vox alteri jungatur per *makaph*; quamvis enim veluti unam dictionem in prolatione efficiant illæ duæ voces, re tamen ipsa, diversæ sunt, et veluti duæ, quantum ad sceva lectionem considerantur, ut עַל-פְּנֵי *hal-pene*. Excipitur vox unica, שְׂתַיִם *scetaim*, *duæ*, in qua, volunt aliqui, sceva quiescere: 2.º sub litera, quæ proximè geminatur, ut הַלְלוּ *halelú*, *laudate*: 3.º sub litera puncto daghesc notata, dummodò non sit ultima dictionis, sub qua sceva nunquam legitur, ut פִּקְדוּ *pakkedú*, *præfícite*: 4.º post alterum sceva, modò pariter posterius illud sceva non sit ultima dictionis litera, ut יִפְקְדוּ *iphkedhú*, *visitabunt*: 5.º post vocalem longam non fultam accentu tonico, ut יִשְׁבּוּ *iesceví*, *sedebunt*.

Quiescit, seu non legitur sceva simplex, 1.º ante socium, ut אֶלְמֶדְבָּה *elmedba*, non *elemedba*, *discam*: 2.º in fine dictionis, quamvis litera illa daghesc ornata sit, ut לִמְדַת *limmadt*, non *limmadte*, *docuisti*, fem.: 3.º post motionem magnam, fultam accentu tonico, ut לִמְדְנָה *lemodna*, non *lemodena*, *discite*: 4.º post motionem, seu vocalem parvam, ut לִמְדוּ *lim-dbu*, non *limedbu*, *discite*, masc. Quarta hæc regula triplicem exceptionem patitur: sceva enim legitur post motionem parvam 1.º quando sceva istud reperitur sub litera repetita, eaque priori, ut בִּנְנִי *bineni*, *ecce ego*: 2.º cùm idem sceva occurrit sub litera daghesc notan-



da, quamvis eo non sit notata, ut לַמְנַצֵּחַ *lamenatzeach*,  
*victori*: 3.<sup>o</sup> cùm parva illa motio posita est loco magnæ,  
 ut יִגְרַח יִגְרַח *ieghurecha*, pro יִגְרַח יִגְרַח *ieghurecha*, *habitabit tecum*.  
 Quando autem literæ daghesc imprimi debet, quamvis  
 ipsi non imprimatur; et parva motio locum magnæ  
 occupat, in Bibliis accuratiùs editis inter parvam mo-  
 tionem, et sceva istud mobile, accentus euphonicus  
 vulgò pingitur.

Omnia litera mobilis in fine dictionis, puncto desti-  
 tuta, censetur habere sub se sceva, licet non reperiatur  
 expressum. Quæ regula observanda est propter usum  
 daghesc lenis ab initio, quod, secundum doctrinam a  
 Rabbinis traditam, semper antè se in media oratione  
 requirit sceva quiescens.

Duplex sceva ab initio dictionis consistere nequit  
 quare si analogia vocis utrumque postulet, tunc prius  
 mutatur in chirik, aut in pathach, vel sagol propter  
 gutturalem, vel ך : ut דְּבַרֵּי *divré*, *verba*, pro דְּבַרֵּי *devré*:  
 אֲבָנִים *avnim*, *lapides*, pro אֲבָנִים *evnim*. Si verò alterum  
 sceva fuerit ante י, cum quocumque alio puncto vocali,  
 omnino tollitur sceva, et profertur jod cum suo puncto  
 vocali: ut בְּיַד *biad*, *in manu*, et non *beiad*; בְּיוֹם *biom*,  
*in die*, et non *beiom*. Si autem litera, cui subscribitur  
 sceva, habet accentum acutum, volunt aliqui, quòd  
 tunc sceva legatur pro vocali *a*, ut אֲשֵׁרֵי הָאִישׁ *ascare*  
*haise*, id est, *beatus vir*, Psalm. 1, et non *ascre*, quia  
 accentus est in litera *scin*, cui subscribitur sceva; et  
 hujus ratio est, dicunt, quia sceva non est ex natura

sua punctus vocalis, imò punctus multipliciter variabilis, ideoque ponitur pro punctis diversis.

## ARTICULUS V.

De ratione distinguendi Kametz magnum,  
a Kametz chatuph.

**D**uplex est figura kametz chatuph, scilicet ׀, et ׀, quarum altera convenit cum kametz magno, seu longo, altera cum chateph kametz; quamobrem regulas excogitarunt Grammatici, quibus hæ vocales ad invicem discernantur; præcipuas hîc subjicimus.

1.<sup>a</sup> Ista figura (׀) est kametz chatuph ante sceva, non intercedente accentu *methegh*, ut *חֵכֶמָה* *cochma*, non *chachema*, *sapientia*, quamvis enim in illa voce reperitur accentus non est *methegh*, seu euphonicus, sed tonicus, seu Grammaticus. Typographorum incuriâ sæpè *methegh* in scripturis omissum est; unde attendenda est analoga vocum flexio. Sunt tamen aliquæ voces, in quibus (׀) ante (:), *methegh* intercedente, est kametz chatuph, ut *צִרְפָּת* *Tsorphat*, *Gallia* &c.

2.<sup>a</sup> Ista figura (׀) est kametz chatuph, sive breve, ante daghesc forte, nullo interstante accentu, ut *רָנִי* *ronnú*, *cantate*, accentus enim in dicta voce pertinet ad ultimam syllabam, ptoindeque non est inter (׀) et daghesc. Excipitur *בַּתִּים* *battim*, *domus*, plur.

3.<sup>a</sup> Ista figura (׀) est kametz chatuph, quando est ultima motio dictionis, quæ in literam sonantem desi-



nit, ut וַיִּקָּם *vaiiakom*, et surrexit, non *vaiiakam*. Eodem modo, quando vox illa jungitur sequenti per *makaph*, ut כֹּל-בּוֹ *col-bo*, *omnia in eo*. Nota tamen, quod quamvis figura ista (◌̣) terminet dictionem, quæ in litteram sonantem desinit ante *makaph*, nullo interveniente accentu, si motio illa non oritur ex *cholem*, sed ex alia deducatur, non est *kametz chatuph*, sed *kametz magnum*, et per *a* pronuntiandum; *chatuph* enim non ponitur nisi loco *cholem*, *scurek*, et *kibbutz*, v. g. חַמְרַבְּבָם *ham-rabb*, *populus multus*, non *hom-rabb*.

4.<sup>a</sup> Ista figura (◌̣) est *kametz chatuph* immediatè ante *chateph kametz*, vel ante aliud *chatuph*, ut אֹהֶלָה *ohola*, nomen proprium viri אֹהֶלְעָה *oholca*, *tabernaculum tuum*. Excipe tamen, quando (◌̣) est sub ה articulo, cuius propria motio est *pathach*, et sequente gutturali, *kametz*, sicque per *a* profertur, ut בַּחֲלֵי *bacholi*, *morbus ille*: sic similiter, cum (◌̣) est sub literis ו כ ל ב, quia literæ istæ prædictum articulum excludunt, assumpta ejus motione, ut בַּחֲלֵי *bacholi*, *in morbo illo*, לַחֲלֵי *lacholi*, *morbo illi* &c. ante aliud *chatuph*, ut בַּאֹהֶלְעָה *baoholca*, *in tabernaculo tuo*. Quando tamen figura ista (◌̣) non deducitur ex *cholem*, *scurek*, et *kibbutz*, non est *chatuph*, sed *kametz magnum*, ut dictum est suprà, ut קָטוֹנִי *katonni*, non *kotonni*, *minimus meus*.

Insuper ad distinguendum *chateph kametz* a *kametz chatuph* tres hîc adnotantur regulæ.

1.<sup>a</sup> Post *kametz chatuph* semper sequitur, vel *sceva*

quiescens, vel daghese forte; nunquam post chateph kametz.

2.<sup>a</sup> Kametz chatuph omnibus alphabeti literis subjicitur, chateph kametz propriè gutturalibus, aliis rarissimè.

3.<sup>a</sup> Kametz chatuph sæpè sine duobus punctis scribitur, chateph kametz verò nunquam.

## CAPUT IV.

*De Accentibus, eorumque usu, potestate, et numero.*

**H**ebraïci accentus sunt in duplici classe, alii dicuntur *tonici*, sive Grammatici, alii *euphonic*, sive Rhetorici. Accentus tonicus is est, qui vulgò syllabam, in qua reperitur, acuit, seu attollit. Accentus verò euphonicus, tonico in eadem voce præmissus, pronuntiationem suaviorem efficit: sic in voce תולדות *toledhóth*, generationes, prior accentus sub ה *euphonicus* est; posterior verò sub ך *tonicus*.

Ex accentibus tonicis alii sunt *reges*, alii *ministri*: reges, quia potestatem habent sistendi spiritum in oratione, et sententiæ membra distinguendi: ministri, quia regibus serviunt. Ut autem eorum omnium situs meliùs cognoscatur, illos circa literam ך hîc describimus.



## ACCENTUS REGES.

<i>Figura.</i>	<i>Nomen.</i>
אֲ	סִלּוּק vel סוֹף פְּסוּק Silúk, vel Sóph pasúk; id est, finis versus.
אֶ	אַתְנַחֵךְ Athnách.
אָ	זַקֵּף קָטוֹן Zaképh katón.
אַ	רֵבִיעַ Revíah.
אֵ	סְגוּלְתָא Segoltá.
אִ	זַקֵּף גָּדוֹל Zaképh gadhól.
אֵ	תֵּבִיר Tevír.
אִ	תִּפְחָא Tiphchá, <i>aliàs</i> Tarchá.
אֵ	פַּסְתָּא Pasctá.
אִ	זַרְקָא Zarká.
אֵ	גֵּרֵסַע Géresc.
אִ	גֵּרָסַיִם Gerascáim.
אֵ	פָּזֵר Pázer.
אִ	תְּלִישָׁא גְדוּלָּא Teliscá ghedholá.
אֵ	שְׁלִשְׁלֵת Scalscéleth.
אִ	קַרְנֵי פָּרָה Karné Phará.
אֵ	יֵתִיב Iethív.
אִ	פְּסִיק Pesík accentibus regibus subjungimus, quia, instar eorum, literis כַּפֵּת, in initio dictionis daghesc lené imprimit.

Ex supradictis quatuor præcipuè sunt notandí, quí dicuntur etiam *accentus pausantes*, sive reges majores, scilicet: *siluk*, sive *soph pasuk*, id est, *finis versus*, ut ajunt Grammatici Rabbini, quia periodum integrum ab-

solvit; *athnach*, qui colon, seu membrum constituit; *reviab*, qui comati Latinorum respondet; et *zakeph katon*, qui semicolon inservit.

ACCENTUS MINISTRI.

Figura.

Nomen.

אֲ	מוֹנַח	Munách.
אֲ	מַחְפָּח	Machpách.
אֲ	מֶרְעָא	Méréca simplex.
אֲ	מֶרְעָא כְּפוּלָה	Méréca cepulá, i. e. duplex.
אֲ	דַרְגָּא	Dargá.
אֲ	תְּלִישָׁא קֶטְנָה	Teliscá ketoná, i. e. minor.
אֲ	קַדְמָא	Kadmá.
אֲ	יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ	Iérach ben iomó.

Usus accentuum triplex est: primò designat musicam, et cantus rationem apud Hebræos: secundò legitimam cujusque vocis pronuntiationem: tertio sententiæ in sua membra distinctionem. Primum usum Judæis, eorumque synagogis relinquimus. De tertio satis diximus. Secundus igitur explicandus est, ac quidem, has regulas observare, oportet.

1.<sup>a</sup> Quæ syllaba accentu tonico notata est, ea acuitur, ut פָּקַד *pakád*, *visitavit*.

2.<sup>a</sup> Ejusdem accentus in eadem voce geminati prior syllabam afficit, ut תְּבוּבָה *tbóbu*, *solitudo*.

3.<sup>a</sup> Diversorum in eadem voce accentuum posterior acuit, ut וְלִמְוָדֵיהֶם *ulemohadhím*, *et in tempora statuta*.



Sed omnium optima, et tutissima regula est, usus, et analogia vocum flexio.

Nonnunquam accentus ex ultima, euphoniæ causâ, ad penultimam rejicitur, præsertim verò cùm sequitur dicitio monosyllaba, aut bisyllaba penacuta; quæ accentus trajectio mutat vocales *tsere*, et *cholem* ultimæ syllabæ ante consonam mobilem, in *sægol*, et *kametz chatuph*, ut וַיֹּאמֶר מֶלֶךְ *vaiiomér melech*, et dixit rex, pro וַיֹּאמֶר לֶךְ: וַיֵּקָם לֶכֶךְ *vaiiakom lach*, pro וַיֵּקָם־ךְ et surrexit tibi, unde orta illa regula: *kametz ultimæ syllabæ sine accentu tonico ante consonam mobilem, breve est.*

Præter eam, quam superiùs in usu daghesc, et sceva, accentuum regum potestatem commemoravimus, aliam etiam habent, præsertim *pausæ majores*, *atbnach*, *siluk*, et *zakeph katon*.

1. Quòd communiter *pathach*, et *sægol* producant in kametz, ut חָסֵד *chased*, benignitas, pro חֵסֶד; לַיְלָה *laila*, nox, pro לַיְלָה *laila*.

2. Copulæ ו ante verba monosyllaba, aut penacuta subjiciunt kametz loco sceva, ut וַמֶּתְבַּחֵם *vamethb*, et mortuus est.

3. Pausa, ad penultimam ex ultima rejecta, convertit sceva in *sægol* ante affixum ה *cha*, et in nominibus formæ פֶּרִי *peri*, fructus, ut דְּבַרְהָּ *devarecha*, pro דְּבַרְהָּ *verbum taum*, לְחֵי *lechi*, pro לְחֵי *lechi*, maxilla.

Cateph kametz in *cholem* in nominibus formæ חוֹלִי *choli*, morbus, ut עֲנִי *boni*, pro עֲנִי *boni*, afflictio. Cateph pathach in kametz, ut אֲנִי *ani*, pro אֲנִי *ani*, ego.

Hac eadem de causa in pronomine masculino secundæ personæ fit vocalium transpositio, ut לָךְ *lach*, pro לְךָ *lecha*, tibi, מִמֶּךָ *mimmach*, pro מִמֶּעָךְ *mimmecha*, a te.

Accentus autem *euphonicus*, sive *rhetoricus* unicus est, qui tonico in eadem dictione præmissus, suaviorem pronuntiationem efficit, diciturque מֵתְּבֵּחַ *methegh*, quasi *frenum*, quòd vocis lectionem dirigat, ac sustentet. Figura ejus est virgula recta instar *siluk*, a quo differt usu. *Siluk* enim ultimæ tantùm, vel penultimæ versuum syllabæ subscribitur: *methegh* verò ubique pingitur, exceptis illis duabus syllabis.

De hoc accentu duo præcipuè observanda videntur.

1.º Vocalibus longis ante sceva accentu tonico destitutis, apponitur *methegh*, ut הָיְתָה *haietá*, *fuit*, unde originem habuit illa regula: *kametz absque methegh, est breve.*

2.º Vocales breves ante sceva accentu *methegh* notatæ, pro longis habentur; quam ob rem sceva legitur, ut וַיִּרְאוּ *vairéu*, et timeant: גְּבוּלֶךָ *gevulecha*, *terminum tuum.* Unde aliquando sceva componitur cum pathach, ut וַשְׁבִּיחַ *uscavéh*, et *captivum duc.*

Grammatici quídam accentu euphónico *methegh* adjungunt מַקְּכָף *makkaph*, idest, *vinculum.* Virgula est transversa similis (—) pathach, quæ dictiones accentu tonico privatas simul connectit; mutando *cholem*, et *tsere* ante consonam mobilem in fine vocis in *kametz chatuph*, et *sagol*, ut אֶת־כָּל *et col*, pro אֶת־כָּל *ad omne*: multa tamen voces excipiuntur, quæ retinent *tsere* ante *makkaph*.



*Pesik*, quod accentibus regiis subjungimus, pronuntiationis celeritatem inhibet, pingiturque inter duas voces hoc modo אָשִׁית | וְאֵיכָבָה *veevá* | *ascit*, et inimicitiam ponam.

In vocibus singularibus, quæ in hac Grammatica tanquam exempla proferentur, accentum tonicum recta virgula exprimemus. Si autem alia virgula recta in eadem dictione præcesserit, erit accentus euphonicus *methegh*, posterior verò accentus tonicus: v. g. הַכּוֹכָבִים *ba-cocavim*, *stella*, prior virgula sub כ primo est *methegh*, posterior verò post כ est accentus tonicus.

Ut facilius ad praxim reducantur supradictæ regulæ, paucis lineis Hebraicè legendi modus proponitur.

or-vaichi ór iehi : amartá ascer scadai ÉI  
 אֵל שְׂדֵי אֲשֶׁר אָמַרְתָּ יְהִי אֹר וְיְהִי אֹר  
 lux facta est et, lux fiat : dixisti qui, omnipotens Deus  
 choschaa col eth vehavriach : naphsci hené na haira  
 הָאֵירָה נָא עֵינַי נַפְשִׁי וְהַכְרִיחַ אֶת-כָּל הַשֶּׁמֶה  
 ejus tenebras omnes fuga et : mentis meæ oculos, quæso, illumina

## CAPUT V.

*De orationis partibus secundùm Hebræos.*

**H**ebraeis tres sunt principes orationis partes, scilicet שֵׁם *scem*, *nomen*, cum quo pronomen intelligitur; פֶּעַל *pobal*, *actio*, seu *verbum*, cum quo participium; et מִלָּה *milla*, *dictio*, quæ adverbia, propositiones, con-

junctiones, et interjectiones complectitur. Unamquamque ex tribus istis orationis partibus, pro suo ordine, explanabimus.

## ARTICULUS I.

## De Nomine.

**N**omen vox est, quæ ex instituto hominum aliquid nominat. Dividitur in *proprium*, et in *appellativum*. Nomen proprium uni convenit, ut דָּוִד *David*, כִּיפָא *Cepha*, seu *Petrus* &c. Appellativum pluribus tribuitur, ut אָדָם *adam*, *homo*, quod nomen omnibus hominibus competit.

Dividitur insuper nomen 1.º in *substantivum*, et *adjectivum*. Substantivum, quod Hebræis dicitur שֵׁם הַדְּבָר *nomen rei*, illud est, quod per se subsistit in oratione, et solam rei, aut personæ substantiam, nulla habita ratione accidentium ejus, seu modorum, exprimit, ut אֱלֹהִים *Eloaa*, *Deus* &c. Nomen adjectivum, quod Hebraei vocant שֵׁם הַתְּאֵר *nomen formæ*, substantivo, cujus ope in oratione indiget, adjectum, rei, aut personæ accidentia, seu modos designat, ut קָדוֹשׁ *kadosc*, *sanctus*; supponit enim rem, aut personam, cui sanctitas adjicitur, unde et nomen adjectivum appellatur.

2.º Nomen, potissimum ratione Grammatices, dividitur in *primitivum*, et *derivativum*, seu *derivatum*. Primitivum dicitur illud, quod est ipsa radix, ut אִישׁ *isc*, *vir*, סוּס *sus*, *equus* &c. Derivatum est, quod a verbo,



seu a radice derivatur, ut דָּבַר *davar*, *verbum*, a verbo דָּבַר *davar*, vel דִּבֵּר *diber*, *loquutus est*.

Nomen autem *derivatum*, vel *perfectum*, vel *imperfectum* est: *derivatum perfectum* dicitur, quod a verbo *perfecto* derivatur, ut זָכָר *zachar*, *masculus*, ex verbo *perfecto* זָכַר *recordatus est*: *derivatum imperfectum* appellatur, quod ex verbo *imperfecto* deducitur, ut גָּן *gan*, *hortus*, ex verbo *imperfecto* גָּנַן *ganan*, *protexit*.

Tres sunt communes nominis affectiones, videlicet, *genus*, *numerus*, et *casus*, quas expendemus sequentibus articulis.

## ARTICULUS II.

### De Nominum generibus.

Nominum genera apud Hebræos duo tantum sunt, masculinum, scilicet, et femininum; neutrum, quod ignorant, per masculinum, frequentius per femininum exprimunt.

Nominum Hebræorum genus, vel significatione, vel terminatione dignoscitur.

Significatione masculina sunt 1.º nomina propria virorum, et officiorum virilium, ut שְׁלֹמֹה *Salomon*, מֶלֶךְ *Rex*, אֶרֶץ *Princeps*. 2.º Fluviorum, ut פְּיִשְׁוֹן *Phison*, יַרְדֵּן *Jordanis* &c. 3.º Montium, ut כַּרְמֵל *Carmel*, הֹר *Hor*, &c. 4.º Populorum, ut עִבְרֵי *Hebraeus*, מִצְרַיִם *Aegyptius* &c. 5.º Mensium, ut נִיסָן *Nisan*, אֵיָר *Iar* &c.

Significatione feminina sunt 1.º nomina mulierum, et officiorum muliebrium, ut חַוָּה *Eva*, רָחֵל *Ra-*

*chel*, מֵאָמֶר *mater*, שְׁגֵל *conjux* &c. 2.<sup>o</sup> Urbium, ut בָּבֶל *Babel*, יֵרִיחוֹ *Jerichó* &c. 3.<sup>o</sup> Provinciarum, et regionum, ut מִצְרַיִם *Aegyptus*, עֲרָב *Arabia*. 4.<sup>o</sup> Membrorum corporum, præsertim geminorum, ut יָד *manus*, רֶגֶל *pes* &c. Eorum tamen quædam communis sunt generis, sed sæpius feminini.

Terminatione masculina sunt, quæ aliter desinunt, ac sequentia, aliquibus exceptis.

Terminatione feminina sunt, quæ desinunt 1.<sup>o</sup> in הָ cum accentu post (´), ut צְדָקָה *justitia*, חֵכְמָה *choema*, *sapientia* &c. Si accentus desideretur post (´) masculina sunt, ut לַיְלָה *nox*: 2.<sup>o</sup> in הַ cum accentu in penultima, ut יְשׁוּעָה *omnimoda salus*, אִימָתָה *terror maximus*: 3.<sup>o</sup> in ת servile, hoc est, quod non est de radice nominis, ut מְלָכֻתָה *regnum*, a radice מָלַךְ *regnavit*, דַּעַת *scientia*, a radice יָדַע *scivit* &c. Excipitur דְּמוּתָה *similitudo*, masc. a radice דָּמָה *similis fuit*.

Cùm enim multa nomina, quæ terminatione sunt masculina, sint genere feminina, vel communia, et econtra, nulla certa regula præscribi potest; ex lexicis, et orationis contextu cujusque vocis genus dignosci poterit.

### ARTICULUS III.

#### *De Nominum Hebræorum numeris.*

**N**umerus est differentia vocis secundùm unitatem, et multitudinem: in nominibus Hebræicis triplex est, *singularis*, *dualis*, et *pluralis*.



Singularis numerus propriè numerus non est, sed numeri initium, quemadmodùm nec punctum linea; nec momentum tempus est, sed ejus initium.

Nomina singularia varias habent formas, ut ex dictis liquet.

Dualis numerus tam in masculinis, quàm in femininis nominibus desinit in אִים *aim*, formaturque a singulari, cui adjicitur illa terminatio, ut יוֹם *iom*, *dies*, masc. יוֹמַיִם *iomaim*, *duo dies*; שָׁנָה *scana*, *annus*, fem.; שְׁנַתַּיִם *scenathaim*, *duo anni*. Duali autem numero utuntur Hebraei ad exprimendas res natura geminas, ut יָדַיִם *dua manus*, a singulari יָד *manus*; et etiam ad exprimendas res arte geminatas, sed rariùs, ut נַעֲלָיִם *duo calcei*, a singulari נַעַל *calceus*.

Pluralis numerus masculini generis desinit in יִם *im*, feminini verò in ות *oth*; fitque a singulari, cui terminationes illæ adjiciuntur, ut טוֹב *tov*, *bonus*, plur. masc. טוֹבִים *tovim*, *boni*, plur. fem. טוֹבוֹת *tovoth*, *bonæ*. Quæ igitur nomina non desinunt in יִם, יָם, et ות, ea, ut plurimum, singularia censenda sunt.

Præterea singularis numerus movetur etiam e masculino in femininum genus, adjecta terminatione feminina, אֵב *ab*; idque tam in substantivis (quod tamen rariùs accidit) quàm in adjectivis nominibus.

In substantivis, ut אִישׁ *vir*, אִשָּׁה *vira*, מֶלֶךְ *rex*, מַלְכָּה *regina* &c.

In adjectivis, ut גָּדוֹל *magnus*, גְּדוּלָּה *magna*, עוֹר *cæcus*, עוֹרָה *cæca* &c.

Quando singularis masc. desinit in הַ, tollitur illa terminatio, et ejus loco reponitur, הַ pro formando sing. femin.; םַיַּ pro duali masculino, םַיַּ pro plurali masc., et ותַּ, pro plurali femin. ut יַפֶּה *pulcher*, יַפֶּה *pulchra*, םַיַּיַּ *duo pulchri*, םַיַּיַּ *pulchri*, יַפֶּהוֹת *pulchrae*. Dualis numerus femin. est יַפֶּהיַּ *duæ pulchrae*.

At cùm singularis numerus masc. desinit in יַ ad femininum exprimendum additur הַ, vel תַּ altera terminatio femin., ut שֵׁנִי *secundus*, femin. שֵׁנִיָּה, vel שֵׁנִית *secunda* םַשֵּׁנִי *secundi*, שֵׁנִיתוֹת *secundæ* &c. Cùm ergo ad supradictam nominum regularium a singulari in pluralem formationem, vocales plerumque mutantur, non autem semper uno, eodemque modo, tres istæ regulæ pro hac variatione ante oculos habendæ sunt.

Prima est: quod nomina monosyllaba, quæ in prima litera habent *tsere*, mutant illud in *chirik*, ut ׀ַהַ *sagitta*, םַהַיַּ *sagittæ*, נַם *vexillum*, נַםיַּ *vexilla*: excipitur tamen בֶּן *filius*, quod quidem mutat *tsere* in *kametz* בְּנִים *fili*.

Ex singulari autem יוֹם *dies*, fit plurale יוֹמִים; ex עִיר *ciuitas*, עָרִים; ex לָדָד *latus* לָדָדִים. Tria verò sunt monosyllaba, quæ primam non mutant vocalem, hoc est: עֵד *testis*, עֵץ *lignum*, שֵׁם *nomen*, quorum plurale est עֵדִים, עֵצִים, שְׁמוֹת.

Secunda regula: Nomina duarum syllabarum, cujuscumque sint generis, regulariter loquendo, primam suam in plurali mutant vocalem, ut fusiùs dicetur, cùm de generali punctorum mutatione sermonem faciemus,



sic ex singulari דָּבַר *verbum*, fit plurale דְּבָרִים; ex חֶלֶק *pars* חֶלְקִים.

Nomina autem Hebraïca, quæ cum sequentibus dictionibus nihil significantibus similitudinem habent, scilicet: פֹּעֵיִל et פִּעֵיִל, פִּעֵל, פֹּעֵל, פִּוְעֵל, פִּוְעֵיִל, פִּעֵוֵל, פֹּעֵוֵל, פִּוְעֵוֵל, פִּוְעֵוֵיִל non mutant vocalem, cùm a singulari in pluralem flecuntur, ut זֶאֵב *lupus*, זְאֵבִים *lupi*, quod quidem sequitur proportionem פִּעֵל, et ad hanc rationem plura alia bisyllaba reducuntur.

Nomina autem, quæ cum פִּעֵוֵל habent similitudinem, nihil mutant, si in litera media habuerint daghesc, ut אֶלֶף *dux*, אֲלֻפִים *duces*, si daghesc destituta fuerint, aliorum analogiam sequuntur; ut בְּרִיךְ *benedictus*, בְּרוּכִים *benedicti*.

Neque mutationem patiuntur nomina, quorum prima est gutturalis cum kametz, aut pathach notata, sive prima sequens daghesc notata sit, sive non, ut חָרוּץ *solicitus*, חֲרָצִים, עֲמֹד *columna*, עֲמוּדִים *columnæ*.

Desinentia in *e* plerumque suam non mutant vocalem, ut שָׂדֵה *campus*, שָׂדוֹת *campi*.

Tertia regula: Nomina trium, aut plurium syllabarum, ut plurimum, nil mutant, ut תְּאֵנָה *ficus*, תְּאֵנִים *fici*: poterit tamen inveniri contra hanc regulam exceptio aliqua, ut יֶעֱבֵה *struthio*, יֶעֱבֵיִם *struthiones*, et sic de aliis.

Alia in Hebræo inveniuntur nomina, quæ ab aliis differunt terminatione, ut Patronymica quæ a nominibus Patrum derivantur, et Gentilia, quæ ab alicujus gentis, vel nationis nominibus originem trahunt; ista

formantur a suis primitivis, addito *chirik* cum י otioso ultimæ litteræ in masculinis, in femin. vero י et ת, sive syllaba ית, ut ex יִשְׂרָאֵל *Israël*, יִשְׂרָאֵלִי *vir Israëlita*, fem. יִשְׂרָאֵלִית *mulier Israëlita*.

Cùm autem nomen primitivum terminatur in ה, tunc gentile, seu patronymicum mutat ה in נ cum י otioso, ut הַשְּׁלֵנִי לְשֵׁלָה *de sela selaneus*, aliquando nil mutatur a primitivo, sed ipsum pro derivato ponitur, ut לְיִמְנָה מִשְׁפַּחַת הַיִּמְנָה *a jemna familia jemnaitarum*.

Quando autem nomen primitivum terminatur in י otioso, eodem modo profertur ejus derivatum, pro quo ponitur ejus primitivum, ut *Levi*, *Nephtali* &c.

Istorum nominum pluralia sequuntur regulam generalem, scilicet, masc. in *im*, et femin. in *oth*, dempto, quod aliquando in masc. י manet otioso, aliquando profertur altero superaddito: ut a מִצְרַיִם *Agyptius*, מִצְרַיִם vel מִצְרַיִם *Agyptii*, מִצְרַיִת *Agyptia*.

Multa pluralia masculina etiam, Chaldæorum more, desinunt in ין ut אַחֲרַיִן *alii*: pleraque denique desinunt in י pro ים, ut גֹּבַיִ *locusta*, הָרִי *montes*, שָׂרֵי *principes* &c.

Interdùm etiam fit apocope ם sic: הַצִּי *sagitta*, pro הַצִּיִּם.

Sicut enim multa nomina, quæ terminatione sunt masculina, sunt generis feminini, et econtra, ut diximus; ita multa, quæ in singulari sunt masculina, in plurali numero sumunt terminationem femininam, et econtra, alia sunt, quæ utramque sumunt terminationem.



## ARTICULUS IV.

## De Nominum Hebræorum casibus.

**N**ominum Hebræorum casus non varia terminatione, ut apud Græcos, et Latinos, sed quatuor articulis nominibus præmissis utcumque distinguuntur, cæterùm nullæ sunt certæ regulæ.

Illi articuli sunt ה pro nominativo, genitivo, vocativo, et interdum etiam aliis casibus. ל pro dativo, quandoque etiam, et genitivo: את pro accusativo, et post verba passiva nominativo, aliquando etiam pro ablativo: מן, vel מ pro ablativo. Ex his quatuor articulis, tres scilicet ה, ל, et מ in eandem dictionem cum nominibus coalescunt: את autem est separabile.

Motiones, seu puncta vocalia, quibus articuli illi notantur, sunt sequentes: ה afficitur *pathach* cum daghesc in litera sequenti, ut הַסֵּפֶר *liber, libri* &c. In nominibus autem pollisyllabis incipientibus a litera ה, vel ע articulus subscribitur per sægol, ut הַהָרִים *montes*, הָעָרִים *civitates*.

ל notatur cum *sceva*, ut לְסֵפֶר *libro*.

את habet *tsere* sub א, si non jungatur nomini sequenti per makaph, ut אֶת־סֵפֶר *librum*. Si intercedat makaph א afficitur sægol, ut אֶת־הָאוֹר *lucem*.

מן, vel per apocopen מ notatur cum *chirik katon*, ut מִן־סֵפֶר, vel מִסֵּפֶר *a libro*, cum daghesc in sequenti litera ad compensandum ך ejectum.

Paradigma Nominum Hebraeorum cum articulis.

Nomen masculinum תַּלְמִיד *Discipulus*.

Singularis Numerus.

<i>Discipulus</i>	הַתְּלָמִיד	Nominativus.
<i>Discipuli</i>	הַתְּלָמִיד	Genitiv.
<i>Discipulo</i>	לַתְּלָמִיד	Dativ.
<i>Discipulum</i>	אֶת־תְּלָמִיד	Accusativ.
<i>o Discipule</i>	הַתְּלָמִיד	Vocativ.
<i>a Discipulo</i>	מִתְּלָמִיד	Ablativ.

Dual. Numerus.

<i>Duo Discipuli</i>	הַתְּלָמִידִים	Nominativ.
<i>Duorum Discipulorum</i>	הַתְּלָמִידִים	Genitiv.
<i>Duobus Discipulis</i>	לַתְּלָמִידִים	Dativ.
<i>Duos Discipulos</i>	אֶת־תְּלָמִידִים	Accusativ.
<i>o Duo Discipuli</i>	הַתְּלָמִידִים	Vocativ.
<i>a Duobus Discipulis</i>	מִתְּלָמִידִים	Ablativ.

Plural. Numerus.

<i>Discipuli</i>	הַתְּלָמִידִים	Nominativ.
<i>Discipulorum</i>	הַתְּלָמִידִים	Genitiv.
<i>Discipulis</i>	לַתְּלָמִידִים	Dativ.
<i>Discipulos</i>	אֶת־תְּלָמִידִים	Accusativ.
<i>o Discipuli</i>	הַתְּלָמִידִים	Vocativ.
<i>a Discipulis</i>	מִתְּלָמִידִים	Ablativ.



## Nomen femininum תורה Lex.

## Singul. Numerus.

<i>Lex</i>	הַתּוֹרָה	Nominativ.
<i>Legis</i>	הַתּוֹרָה	Genitiv.
<i>Legi</i>	לְתוֹרָה	Dativ.
<i>Legem</i>	אֶת־תּוֹרָה	Accusativ.
<i>o Lex</i>	הַתּוֹרָה	Vocativ.
<i>a Lege</i>	מִתּוֹרָה	Ablativ.

## Dual. Numerus.

<i>Due Leges</i>	הַתּוֹרָתַיִם	Nominativ.
<i>Duarum Legum</i>	הַתּוֹרָתַיִם	Genitiv.
<i>Duabus Legibus</i>	לְתוֹרָתַיִם	Dativ.
<i>Duas Leges</i>	אֶת־תּוֹרָתַיִם	Accusativ.
<i>o Due Leges</i>	הַתּוֹרָתַיִם	Vocativ.
<i>a Duabus Legibus</i>	מִתּוֹרָתַיִם	Ablativ.

## Plural. Numerus.

<i>Leges</i>	הַתּוֹרוֹת	Nominativ.
<i>Legum</i>	הַתּוֹרוֹת	Genitiv.
<i>Legibus</i>	לְתוֹרוֹת	Dativ.
<i>Leges</i>	אֶת־תּוֹרוֹת	Accusativ.
<i>o Leges</i>	הַתּוֹרוֹת	Vocativ.
<i>a Legibus</i>	מִתּוֹרוֹת	Ablativ.

## CAPUT VI.

## De Pronomine.

**P**ronomen vox est, quæ primariò nomen respicit, secundariò verò rem significat. Hebræis dicitur כִּנּוּי *chin-nui*, a radice כִּנּוּי *cognominavit, occultavit, seu occulto nomine appellavit*. Pronomen enim quoddam est nominis principalis *cognomen*, illudque occultè significat.

Pronomina Hebræorum alia sunt *separata*, seu *separabilia*; alia *conjuncta*, seu *inseparabilia*. Pronomina separata ea sunt, quæ separatam dictionem constituunt; conjuncta verò, quæ cum certis quibusdam orationis partibus junguntur, et cum eis vocem unicam efficiunt.

## ARTICULUS I.

## De Pronominibus separatis.

**E**x pronomibus separatis alia sunt *primitiva*, alia *demonstrativa*, alia *relativa*, alia denique *interrogativa*.

Pronomina primitiva, quæ etiam integra appellantur, quæ quidem genere, et numero distinguuntur, sunt ea, ex quibus alia deducuntur, nempe conjuncta, seu inseparabilia, suntque tria, tres personas indicantia. Pronomen primæ personæ tam in singulari, quàm in plurali, communis est generis. Secundæ verò, et tertiæ personæ



pronomina utroque genere donantur, flectunturque hoc modo.

*Primæ personæ communes.*

Plur.		Sing.	
Nos	אֲנֹחֵנוּ et נַחֲנוּ	Ego	אֲנִי et אֲנֹכִי
Nostrum	שֵׁלֵנוּ	Mei	שֵׁלִי
Nobis	לָנוּ	Mibi	לִי
Nos	אֹתָנוּ	Me	אֹתִי
a Nobis	מִמּוֹנֵנוּ	a Me	מִמּוֹנֵי et מִנִּי

*Secundæ personæ masculina.*

Plur.		Sing.	
Vos	אַתֶּם	Tu	אַתָּה
Vestrum	שֵׁלְכֶם	Tui	שֵׁלְךָ
Vobis	לְכֶם	Tibi	לְךָ et לָּהּ
Vos	אַתְכֶם	Te	אֹתְכֶם et אֹתְךָ
a Vobis	מִמְּכֶם et מִמְּכֵם	a Te	מִמְּךָ

*Secundæ personæ feminina.*

Plur.		Sing.	
Vos	אַתֶּן	Tu	אַתְּ et rarò אַתְּ
Vestrum	שֵׁלְכֶן	Tui	שֵׁלְךָ
Vobis	לְכֶן	Tibi	לְךָ
Vos	אַתְכֶן	Te	אֹתְכָן
a Vobis	מִמְּכֶן et מִמְּכֵן	a Te	מִמְּכָן

Tertia persona masculina.

Plur.		Sing.	
<i>Illi</i>	הֵם	<i>Ille</i>	הוא
<i>Illorum</i>	שֵׁלָהֶם	<i>Illius</i>	שֵׁלוֹ
<i>Illis</i>	לָהֶם	<i>Illi</i>	לוֹ
<i>Illos</i>	אֹתָם et אֵתָם	<i>Illum</i>	אוֹתוֹ
<i>ab Illis</i>	מֵהֶם	<i>ab Illo</i>	מִמּוֹנֵהוּ et מִמּוֹנֵהוּ

Tertia persona feminina.

Plur.		Sing.	
<i>Illæ</i>	הֵן	<i>Illæ</i>	היא et הִיא
<i>Illarum</i>	שֵׁלָהֶן	<i>Illius</i>	שֵׁלהָ
<i>Illis</i>	לָהֶן	<i>Illi</i>	לָהּ et לָהּ
<i>Illas</i>	אֹתָן et אֵתָן	<i>Illam</i>	אוֹתָהּ
<i>ab Illis</i>	מֵהֶן	<i>ab Illa</i>	מִמּוֹנֵהָ

NOTA.

Articulus genitivi של in Biblico textu usum non habet, sed tantum apud Rabbinos; ac per consequens genitivus in textu sacro fit per affixa, juncta cuilibet nomini, exprimendo illum per nomina possessiva *meus, tuus &c.* Quamvis enim in Cant. 8. v. 12. legatur שלי, non est genitivus pronominis *ego*, sed pronomen relativum *qui, quæ, quod &c.* junctum cum dativo singulari לי *mibi*, sic: כַּרְמִי שְׁלִי, id est: *vineæ meæ, quæ mibi*, seu vinea mea, mea inquam; לי enim pronomen possessivum *meus* etiam exprimit.



## Demonstrativa.

Pronomina demonstrativa, quæ et defectiva dicuntur, eo quòd genere, vel numero deficient, sunt ea, quæ rem, aut personam præsentem demonstrant. Hebræi in singulari numero, alia pro masculino, alia pro feminino, alia denique pro communi genere exprimendo, habent pronomina demonstrativa. Ea enim pronomina demonstrativa sunt.

Masculina.                      Feminina.                      Communia.

הָ hic, iste. || הִיא et הִיאִי hac, ista. || הֵּן et הֵּןִי hic, hac.

At in plurali, הֵּן, vel הֵּןִי communis est generis, ut  
הֵּן, vel הֵּןִי hi, hæ, isti, istæ &c.

## Relativa.

Pronomina relativa sic vocantur, quòd ad antecedens, sive nomen, sive pronomen referantur. Duo sunt Hebræis, aut potiùs unicum, ex quo aliud deducitur. Unicum illud pronomen est:

אֲשֶׁר qui, quæ, quod, cujus &c. qui, quæ, quorum &c. pro omnibus generibus, numeris, casibus, et personis.

Ex illo pronomine formatur aliud, nempè:

שׁוּ, quod idem est cum אֲשֶׁר  
cujus prima litera הּ per ephæresim tollitur, sicuti et ultima וּ per apocopen; quæ quidem compensatur per daghesc forte in prima dictionis, cui וּ præponitur (modò tamen sit illius recipiendi capax) et cum qua in unam vocem coalescit; quapropter inter pronomina conjuncta nume-

ratur, estque alterum ex præfixis, ut suo loco dicemus. Communis ejus motio est *segol*, ut in וּ supra relato vidimus, בְּרָקִי שְׁלִי *vinea mea, quæ mihi.*

### Interrogativa.

Hebræis duo sunt pronomina interrogativa: alterum personæ, rei alterum.

Pronomen interrogativum personæ est מִי *quis? quæ? qui? quæ?* &c. pro omnibus generibus, numeris, et personis, ut מִי אַתָּה בְּנִי *quis (es) tu fili mi?* מִי אַתָּה בְּתוּרִי *quæ (es) tu filia mea?* מִי אֵלֶּה *qui (sunt) isti?* &c.

Pronomen interrogativum rei est מָה, vel מַה, vel מִה *quis? quid? quæ?* &c. pro omnibus generibus, et numeris, ut מַה הַתַּאֲרוֹ *quæ (est) forma ejus?* מַה הָאִישׁ *quid (est) homo?* מַה מְשַׁפַּט הָאִישׁ *quis (est) habitus viri illius?*

Interrogativum personæ, quandoque videtur esse interrogativum rei, ut Reg. I 8. v. 8. מִי חַיִּי *quæ vita mea?*

Interrogativum rei aliquoties loco הֵּי habet נ more Syriaco, ut Exod. I 6. v. I 5. מַדּוּעָ *quid hoc!*

## ARTICULUS II.

### De Pronominibus conjunctis, seu inseparabilibus.

**P**ronomina conjuncta, seu inseparabilia ea sunt, quæ cum dictionibus, quibus junguntur, in unam vocem coalescunt. Junguntur autem, vel in principio, vel in fine dictionum; si in principio, *præfixa*, si in fine, *suffixa*, vel *affixa* vocantur.



*Præfixa* duo sunt utriusque generis, et numeri, scilicet,  $\psi$  *qui, quæ, quod &c.*, et  $\pi$ , quod est et demonstrativum *hic, hæc, hoc*: qua significatione ad majorem emphasim pronomibus tertiæ personæ præfigitur, ut  $\text{הוא}$  *ille ipse*.

*Suffixa*, seu *affixa* plura numerantur, quæ ex pronomibus primitivis, quorum particulae quædam sunt, deducuntur, quibus respondent Latinorum possessiva *meus, tuus, suus &c.*, atque hoc pacto formantur.

Ex  $\text{אני}$  *ego* com. fit  $\text{י}$ , seu  $\text{ני}$  sing. *meus, ea, um*, et  $\text{י}$  plur. *mei, æ, a*, utriusque generis.

Ex  $\text{אתה}$  *tu* masc. fit  $\text{ך}$ , vel  $\text{כה}$  *tuus, tua, tuum*.

Ex  $\text{אתה}$  *tu* fem. fit  $\text{ך}$ , et  $\text{כי}$  *tuus, a, um*, et  $\text{ך}$  plur. *tui, tuæ, tua*.

Ex  $\text{הוא}$  *ille* masc. fit  $\text{ו}$ ,  $\text{וי}$ ,  $\text{הו}$ , et  $\text{נו}$  *suus, a, um, ejus*.

Ex  $\text{היא}$  *illa* fem. fit  $\text{ה}$ ,  $\text{נה}$ , et  $\text{ה}$  *suus, a, um, ejus*.

Ex  $\text{אנחנו}$  *nos* fit  $\text{ני}$  *noster, a, um*, utriusq. gener.

Ex  $\text{אתם}$  *vos* masc. fit  $\text{כם}$  *vester, a, um*.

Ex  $\text{אתן}$  *vos* fem. fit  $\text{כן}$  *vester, a, um*.

Ex  $\text{הם}$  *illi* masc. fit  $\text{הם}$  *sui, æ, a, ejus*, et  $\text{ם}$  cum sing. *suus, a, um, eorum*, et  $\text{ם}$  in libris Poëticis.

Ex  $\text{הן}$  *illa* fem. fit  $\text{הן}$  *sui, æ, sua, earum*.

et  $\text{ן}$  cum singulari *suus, a, um, earum*.

Pronomina affixa cum sex orationis partibus componuntur: 1.º cum articulis: 2.º cum nominibus: 3.º cum

verbis: 4.º cum participiis: 5.º cum propositionibus: 6.º denique cum adverbis.

Affixa juncta articulis ל, את, מ, et מן formant casus obliquos pronominum primitivorum, ut suprà ostensum est. Eadem cum nominibus composita dant pronomina possessiva, quibus integris carent Hebræi, ut in subjec-  
to paradigmate patebit.

*Pronomina affixa cum nominibus conjuncta.*

AFFIXA

*Feminina.*

*Communia.*

*Masculina.*

Sing. masc. תַּלְמִיד *Discipulus.*

	תַּלְמִידִי	<i>meus</i>	
תַּלְמִידֶךָ		<i>tuus</i>	תַּלְמִידֶךָ
תַּלְמִידֶיהָ		<i>ejus</i>	תַּלְמִידֶיהָ
תַּלְמִידֵיהֶן	<i>earum</i>	<i>eorum</i>	תַּלְמִידֵיהֶן
תַּלְמִידֵיהֶם		<i>vester</i>	תַּלְמִידֵיהֶם
	תַּלְמִידֵינוּ	<i>noster</i>	

Plural. תַּלְמִידִים *Discipuli.*

	תַּלְמִידֵי	<i>mei</i>	
תַּלְמִידֵיךָ		<i>tui</i>	תַּלְמִידֵיךָ
תַּלְמִידֵיהָ		<i>sui, ejus</i>	תַּלְמִידֵיהָ
תַּלְמִידֵיהֶן	<i>earum</i>	<i>sui eorum</i>	תַּלְמִידֵיהֶן
תַּלְמִידֵיהֶם		<i>vestri</i>	תַּלְמִידֵיהֶם
	תַּלְמִידֵינוּ	<i>nostri</i>	



## Affixa cum nomine feminino.

Feminina.

Communia.

Masculina.

Sing. femin. תורה Lex.

		תורתי	<i>mea</i>	
תורתך			<i>tua</i>	תורתך
תרתה			<i>ejus</i>	תרתו
תורתן	<i>earum</i>		<i>eorum</i>	תורתם
תורתכן			<i>vestra</i>	תורתכם
		תורתנו	<i>nostra</i>	

Plural. תורות Leges.

		תורותי	<i>mea</i>	
תורותיך			<i>tuae</i>	תורותיך
תורותיה			<i>ejus</i>	תורותיו
תורותיהן	<i>earum</i>		<i>eorum</i>	תורותיהם
תורותיכן			<i>vestrae</i>	תורותיכם
		תורותינו	<i>nostrae</i>	

Horumce pronominum affixorum cum his duobus nominibus conjunctorum interpretationes diligenter notandæ sunt, et memoriæ tradendæ: eas enim in aliis paradigmatis, brevitatis causa, omittemus. Cùm autem pronomina affixa æquè sint indeclinabilia, ac nomina ipsa, quibus junguntur; idem affixum pro ratione syntactica, per varios casus explicari debet, ut תלמידו *discipulus ejus*, *discipuli ejus*, vel *sui*; *discipulo ejus*, vel *suo*; *discipulum ejus*, vel *suum*; o *discipule ejus*; a *disci-*

pulo ejus, vel suo. Et sic aliis numeris, personis, et generibus.

Ex affixis, alia sunt *absoluta*, alia *constructa*, seu *regiminis*; sicuti et nomina sub duplici ratione considerari possunt; sunt enim, vel in *statu absoluto*, vel in *statu constructo*, seu *regiminis*. Dicuntur esse in statu absoluto, quando nec cum affixis junguntur, nec aliud alio regitur, ut דָּבָר *verbum*. Status constructus, seu regimen est, cum nomen aliquod regit aliud in gignendi casu, ut דְּבַר יְהוָה *verbum Domini*. In hoc exemplo nomen regens est דְּבָר, quod regit יְהוָה in genitivi casu. Hebraicæ autem linguæ hoc proprium, et peculiare est, quod dictione regens, vel in literis, vel in vocalibus, vel in utrisque mutationem patitur; quæ autem regitur, invariata manet, quod contra fit in linguis Græca, et Latina.

Diximus, quod ex affixis alia sunt absoluta, alia constructa; absoluta, quæ sunt omnia præter הָן, הֵם, כֵּן, כֵּם, sic vocantur, quod in nominibus, quibus junguntur, puncta status absoluti, saltem in plurali numero terminationis masculinæ, patiantur, ut דְּבָר *verbum*, plur. absol. דְּבָרִים *verba*, cum affixis absolutis דְּבָרַי *verba ejus*.

Affixa constructa, quæ tantum supradicta sunt, scilicet הָן, הֵם, כֵּן, כֵּם, ita appellantur, quia, iis accedentibus ad nomina, retinetur, ut plurimum, ea punctorum mutatio, quæ fit ob regimen, ut דְּבָר *verbum constr.* cum affixi constr. דְּבַרְכֶם *verbum vestrum*. Sic in plur. construitur דְּבָרַי *verba*, cum affix. constr. דְּבָרֵיהֶם *verba eorum*.



Quamplures Grammatici posteaquàm de Nomine sermonem fecerunt, de mutatione punctorum, quæ ob mutationem masculini in femininum (de qua superiùs aliquid diximus) et singularis numeri in pluralem, et dualem, fit, nec non de ea, quæ ob affixa, et regimen accidit, diffusè loquuntur; attamen cùm punctorum vocalium mutatio pars sit Grammaticæ Hebr. intricatior, quæ tyronibus plusculùm negotii exhibere solet, eam ad aliud tempus differre, congruum judicamus.

## CAPUT VII.

### De Verbo, et Participio.

**V**erbum rectè Hebræis dicitur *לַעֲשׂוֹת* actio; vox enim est, quæ mentis affirmantis actionem propriè exprimit.

Hebræorum verba duplicis sunt generis: *perfecta*, scilicet, et *imperfecta*.

Verba perfecta ea sunt, quorum tres literæ radicales ubique exprimuntur, et sonant, seu proferuntur, ut *מָסַר* tradidit.

Verba imperfecta sunt illa, quorum aliqua ex tribus literis radicalibus, in quibusdam saltem conjugationibus, aut conjugationum temporibus, vel deficit, vel quiescit.

## ARTICULUS I.

*De conjugationum Hebr. numero, nomine, ac potestate.*

Verbi conjugatio, quæ Hebræis dicitur בְּנִין *structura, ædificium*, est varia ejus thematis per tempora, numeros, ac personas inflexio. Secundum eam conjugationis definitionem, Hebræis propriè non esset nisi una conjugatio, quandoquidem omnia illorum verba, si terminationem spectes, eodem prorsus modo inflectuntur; verum quia hæc ipsa conjugatio, quantum significationem, et primas cujuslibet temporis voces attinet, septem modis variatur; ideo unius ejusdemque verbi septem conjugationes admittimus, quæ in sequenti schemate demonstrantur.

<i>Num.</i>	<i>Nomen.</i>	<i>Potestas.</i>
I.	פָּעַל <i>Pabal</i> , vel קָל <i>Kal</i> .	{ Activa est, ut <i>fecit, amavit</i> , nonnunquam intransitiva.
II.	נִפְעַל <i>Nipbbál.</i>	{ Passiva est, ut <i>factus est</i> .
III.	פִּעֵל <i>Pibél.</i>	{ Activa est, et actionem intensam repræsentat, ut <i>peramavit</i> .
IV.	פֻּעַל <i>Pubál.</i>	{ Passiva est præcedentis, et passionem intensam significat, ut <i>peramatus est</i> .
V.	הִפְעִיל <i>Hipbbil.</i>	{ Activa est, et actionem duplicem includit, ut <i>amare fecit</i> .
VI.	הִפְעִיל <i>Hopbbál.</i>	{ Passiva præcedentis est, et duplicem passionem, vel actionem cum passione significat, ut <i>amare, vel amari factus est</i> .
VII.	הִתְפַּעֵל <i>Hitbpabél.</i>	{ Activa, et passiva est, exprimitque actionem, aut passionem reciprocam, ut <i>laudavit se, divitem se fecit</i> .



Conjugationum Hebraïcarum nomina desumpta sunt ex primis cujuslibet conjugationis vocibus verbi  $\text{לַעַבַּר}$  *fecit*, *operatus est*, quo ceu paradigmate olim utebantur Grammatici. Sicut enim verbum istud in primaria voce primæ suæ conjugationis erat  $\text{לַעַבַּר}$  *Pabál*, sic prima conjugatio cujusvis alterius verbi appellata est  $\text{לַעַבַּר}$  *Pabál*, sæpiùs tamen  $\text{קָל}$  *Kál*, id est, *levis* nominatur; quia, excepto futuro, in primis temporum suorum vocibus solis literis radicalibus constat; nec ullam servilem admittit, aut ullo puncto daghesc oneratur. Et quemadmodum idem verbum  $\text{לַעַבַּר}$  in secunda conjugatione incipiebat a voce  $\text{לַעַבַּר}$  *Nipbbál*, sic aliorum verborum secunda conjugatio dicitur *Nipbbál*, et sic de cæteris.

Verba Hebræa vel sunt *transitiva*, vel *intransitiva*. Transitiva sunt, cujus actio ad aliud transit, ut  $\text{שָׁמַר$  *custodivit*, quod transit ad rem custoditam. Intransitiva sunt, cujus actio sistit in subjecto operante, ut  $\text{רָאָה$  *risit*. Quando dicitur, quòd unum, idemque verbum omnium conjugationum formas subit ob aliam, atque aliam significandi rationem, de transitivis tantùm intelligendum est.

1.<sup>a</sup> conjugatio  $\text{קָל}$  nudo, ac simplici rhemate constat, ut suprà dictum est, ejusque significatio lenior, et simplicior est.

2.<sup>a</sup> conjugatio  $\text{לַעַבַּר}$ , quæ primæ formæ passiva est, significatur per literam  $\text{נ}$ , præpositam activæ formæ, ut a  $\text{מָסַר}$  *tradidit*, est  $\text{נִמְסַר}$  *traditus est*, vel daghesc forte primæ literæ radicali inscriptum, quoties abjectum est  $\text{נ}$ , ut  $\text{יִמָּסַר}$  *tradetur*.



3.<sup>a</sup> פָּעַל, dignoscitur tùm ex daghesc forte in media radicali, ut מָסַר *diligenter tradidit*, tùm ex sceva sub literis formativis temporis, ut יִמָּסַר *diligenter tradet*.

4.<sup>a</sup> פָּעַל vocata, præter daghesc forte in secunda radicali, notatur puncto ׀ kibbutz in prima, ut מָסַר *diligenter traditus est*. Præcedentis passiva est.

5.<sup>am</sup> הִפְעִיל ab aliis conjugationibus distinguit הַ radici præpositum, et abjecto הַ, pathach sub formativis, et chirik ante ultimam radicalem, ut הִמָּסִיר *tradere fecit*, abjecto הַ, יִמָּסִיר *tradere faciet*. Excipe deficientia, et quiescentia ׀, in quibus pro chirik est tsere, et pro pathach est kametz, ut הִסָּב *circumduxit*, יִסָּב *circumducet*.

6.<sup>a</sup> הִפְעַל, quæ est passiva הִפְעִיל, dignoscitur ex הַ cum kametz chatuph activæ præposito, ut הִמָּסַר *tradere*, vel *tradi factus est*; et abjecto הַ, ex kametz chatuph sub formativis, ut יִמָּסַר *tradere*, vel *tradi fiet*. In deficientibus autem, et quiescentibus ׀, ex scurek, ut הִסָּב *circumductus est*, הִסָּב *suscitatus fuit*.

7.<sup>a</sup> et ultima conjugatio הִתְפַּעַל, quæ a פָּעַל derivatur, dignoscitur per characterem הַת ipsi פָּעַל præpositum in præterito, infinitivo, et imperativo; מַת participio, et יִת futuro, ut הִתְמָסַר *tradidit se*, מִתְמָסַר *tradens se*, יִתְמָסַר *tradet se*.

## ARTICULUS II.

*De temporibus, et modis Hebræorum verborum.*

**T**empora Hebræorum verborum sunt tria, scilicet, Præteritum, Participium, et Futurum, quibus aliqui



Grammatici addunt Paul, sive Participium præteritum.

Tempore præsentis caret lingua Hebræa, neque tamen Hebræis desunt loquutiones, quibus aliarum linguarum tempus præsens exprimitur: illud enim vulgò efferunt, modò per participium, ut *Ecce ego שׁלח־מִי mittens sum*, id est, *mitto Angelum meum &c.*, modò per præteritum, aut futurum in generalibus sententiis, cùm significatur, non quod fuit, aut futurum est; sed quod perpetuò esse, aut fieri debet, ut *Beatus vir qui non הלך ambulavit*, id est, *ambulat in consilio impiorum, et in via peccatorum non עמד stetit*, hoc est *stat*.

Modi duo, Infinitivus, et Imperativus: Indicativum enim efferunt sæpè Hebræi per Participium, aliquando per Præteritum, et plerumque per Futurum. Optativum autem per particulam לִי, vel לִי־אֵלֶּיךָ *utinam*, junctam cum præterito, vel cum futuro. Cum præterito Numer. 20. v. 3. וְלִי גִּוְעָנִי וְלִי *et utinam expirassemus*, Vulgat. *perissemus*: cum futuro, Genes. 17. v. 18. לִי *utinam* Ismaël יִחִי־וַיֵּשֶׁב *vivat*.

### ARTICULUS III.

#### De Gerundiis.

**G**erundia, quæ verborum, ex quibus deducuntur, vi-ces gerunt, componuntur ex infinitivo præfixis quibusdam particulis, seu præpositionibus, nempe: מ ל כ ב, quæ his motionibus affectæ: בִּבְלָם *bicblam*, memoriæ causâ appellantur.

כ constituit gerundium in *do*, explicaturque per *quando*, *cùm*, *dùm*, et infinitivus per tempus finitum, ut כָּבֹא־אֵלָיו נָתַן *in veniendo ad eum Natan*, hoc est, *veniente ad eum Natan*, vel *cùm veniret*, aut *venisset*. Psalm. Hebr. 51. v. 2.

כ eodem modo explicatur, sed ferè notat tempus præteritum, explicatur quoque per כָּאֲשֶׁר *cùm*, *quando*, ut Deut. 20. v. 9. כְּבָלוֹת הַשְּׂטָרִים *secundùm finire moderatores istos*. Interdùm per adverbium similitudinis *ut*, *sicut*, ut 1. Reg. 15. v. 22. *Nunquid voluntas Dei (est) in holocaustis, et sacrificiis כְּשָׁמַעַע ut obtemperare voci Domini, vel sicut obtemperare.*

ל dat gerundium in *dum*, quandoque in *di*. In *dum* Ezech. 44. v. 13. לֹא יִגְשׂוּ אֵלַי לְכַהֵן *non accedent ad me, ad sacerdotio fungendum*, Vulgat. *ut sacerdotio fungar.*

In *di*, Eccles. 3. v. 5. עֵת לְהַשְׁלִיךְ אֲבָנִים *tempus projiciendi lapides.*

כ denique constituit quoque gerundium in *do*, sed sumitur ferè negativè, redditurque per *ne*, *ut non*, aut comparativè, et explicatur per *quàm*.

Negativè, ut 1. Reg. 8. v. 7. *Spreverunt, seu abjecerunt me מִמְלֹכָה a regnando*, hoc est, Vulgat. *ne regnem super eos.*

Comparativè, ut Psalm. 117. Hebr. 118. v. 8. *bonum est (melius est) confidere in Domino, מִבְּחַיָּה, Vulgat. quàm confidere in homine.*



## ARTICULUS IV.

## De Participiis.

**P**articipia sic dicta, quòd partem capiunt a nomine, et a verbo; instar nominum, moventur a singulari in pluralem, ac dualem numerum, et a masculino in femininum genus. More autem verborum eundem casum regunt, quàm verba ipsa, ex quibus oriuntur.

Hebræis duo sunt participia: *præsens*, et *futurum*.

Participium præsens activum est in verbis activis, ut מוֹסֵר *tradens*: passivum in passivis, ut נִמְסָר *qui traditur*, vel *nunc traditus*. Vocatur בֵּינוּנִי *benoni*, id est, *intermedium*, quòd medium tempus inter præteritum, et futurum, nempe *præsens* vulgò significet: dicitur etiam פּוֹעֵל *Pobél*, ab antiquo paradigmatе פָּעַל *operatus est*, quod in illo participio habet פּוֹעֵל, perindè ac si apud Latinos participium activum primæ conjugationis appellaretur *amans*, a verbo *amo*.

Participium præteriti appellatur פָּעוּל *Pabúl*, eadem de causâ, qua participium præsens dictum est פּוֹעֵל *Pobél*; quia nempe verbum פָּעַל in hoc participio habet פָּעוּל. Passivum est, et rem præteritam designat, ut מְסוּר *traditus*. Verbis activis non competit nisi kal, idque non habita ratione significationis, sed solùm formæ simplicis.

## ARTICULUS V.

*De Verborum Hebr. generibus, numeris, et personis.*

**G**enus non respuunt verba Hebraïca. Eorum tamen prima persona in utroque numero, et in omnibus temporibus conjugatis communis est. Secunda ubique generibus distinguitur. Tertia diversum genus admittit in singulari numero præteritorum, et in singulari, et plurali futurorum; seu utroque genere donatur ubique, præterquam in præteritis pluralibus, ubi communis est generis. Duplicem numerum agnoscunt verba Hebraïca, singularem, scilicet, et pluralem; dualem ignorant.

Personas tres in præteritis, et futuris, primam, scilicet, secundam, et tertiam in utroque numero: imperativi verò secundam tantùm in ambobus numeris, aliæ hujus temporis personæ per futurum supplentur.

Genera, numeri, et personæ constituuntur, ac distinguuntur incrementis quibusdam, quæ in fine primariæ voci adjiciuntur.

Futuro (quod ab imperativo, sive infinitivo formatur) quatuor literæ præfiguntur, scilicet ך, ך, ך, ך, quæ Hebræi in nomine proprio אֵתֵן *Etan* includunt, et characteristicæ futuri vocantur, videlicet ך primæ personæ sing. commun. ך primæ plural. itidem commun. ך tertiæ personæ sing., et plural. masc. ך cæteris, nempe secundæ tam sing. quàm plur. masc. pariter, et femin. generis, et tertiæ tam sing. quàm plur. feminini itidem generis.



Sit horum perfectorum exemplum verbum *מָסַר* *tradi-*  
*dit*, quod quidem per omnes conjugationes flectitur.

Advertendum tamen est, quod Hebræi, inter flecten-  
dum, a tertia persona sing. præteriti incipiunt, deinde  
per secundam ad primam deveniunt, et pari modo in plu-  
rali numero; et ratio hujus est, quia tertia persona est  
cæteris simplicior, hoc est, daghesc, et literis servilibus  
destituta, aut minùs onusta.

## CAPUT VIII.

*De verborum perfectorum conjugationibus.*

### ARTICULUS I.

*De conjugatione Kal, ejusque passiva Niphhál.*

*Tradidit* *מָסַר*

*Præteritum* *עָבַר*

Singul. num.

Femin.

Commun.

Masc.

*tradidit* *מָסְרָה* 3

*tradidit* *מָסַר* 3

*tradidisti* *מָסַרְתְּ* 2

*tradidisti* *מָסַרְתָּ* 2

*tradidi* com.

*מָסַרְתִּי* 1

Plur.

Fem.

Comm.

Masc.

*tradiderunt* com.

*מָסְרוּ* 3

*tradidistis* מִסְרַתֶּם 2

*tradidistis* מִסְרַתֶּם 2

*tradidimus* com.

מִסְרַנּוּ I

*Benoni*, seu part. activ. בֵּינוּנִי

Sing.

Fem.

Masc.

*tradens* מוֹסְרָה

*tradens* מוֹסֵר

Plur.

Fem.

Masc.

*tradentes* מוֹסְרוֹת

*tradentes* מוֹסְרִים

*Pabul*, seu part. passiv. פָּעוּל

Sing.

Fem.

Masc.

*tradita* מוֹסְרוּהָ

*traditus* מוֹסְרָא

Plur.

Fem.

Masc.

*tradite* מוֹסְרוֹתָם

*traditi* מוֹסְרוֹתָם

*Infinitivus* מִקְוֵר

*tradere* com. מִסְרֵר vel מִסְרָא vel מִסְרָה

*Infinitivus cum Gerundiis.*

*In tradendo*, seu *cùm traderem*, *traderes* &c. בְּמִסְרֵר

*Cùm traderem*, vel *tradidissem*, *tradidisses* &c. בְּמִסְרֵר

*Ad tradendum*, vel *tradendi*, vel *ut traderem* &c. לְמִסְרֵר

*A tradendo*, vel *ne traderem*, vel *quàm tradere* &c. מִמִּסְרֵר



## Imperatiuus צווי

Sing.

Fem.

Masc.

trade מסרי

trade מסר

Plur.

Fem.

Masc.

tradite מסרנה

tradite מסרו

## Futurum עתיר

Sing.

Fem.

Comm.

Masc.

tradet תמסר 3

tradet ימסר 3

trades תמסרי 2

trades תמסר 2

tradam com.

1 אמסר

Plur.

Fem.

Comm.

Masc.

tradent תמסרנה 3

tradent ימסרו 3

tradetis תמסרנה 2

tradetis תמסרו 2

trademus com.

1 נמסר

## Annotationes ad conjugationem Kal.

Quamquam frequens, et regularis terminatio conjugationis *Kal* sit *pathach*, aliqua hujus conjugationis verba desinunt in *cholem*, et alia in *tsere*; istæ tres verborum differentia inveniuntur in Exod. 40. v. 35. ולא יכל משה *Et non potuit Mosce ingredi ad tabernaculum*

conventus, quia שָׁכַן *habitavit super illud nubes*, et gloria Domini מָלֵא *replevit tabernaculum*: in quo versu notanda sunt tria verba, scilicet, שָׁכַן, יָבֵל, מָלֵא, quæ triplicem conjugationis *Kal* terminationem expriment.

Participium autem activum verborum desinentium in *cholem*, et *tsere*, est omninò idem cum præterito.

Ad proportionem hujus præteriti verbi מָקַר variantur omnia conjugationum præterita, etiam verborum irregularium, licèt habeant varia principia.

Verba tamen, quæ desinunt in ת, illud abjiciunt, cùm sequitur aliud, ut כָּרַתְּ *succidisti*, pro כָּרַתְתָּ: et ea, quæ desinunt in נ, sequente alio, etiam illud abjiciunt, ut נָתַנּוּ *dedimus*, pro נָתַנְנוּ. Cæterùm litera abjecta compensatur per daghesc.

De verbo נָתַן, quod quidem specialem habet anomalam, suo loco dicetur.

Quando prima, vel mediã litera verbi est gutturalis, quæ cum sceva notanda erat, sceva illud vertitur in kametz, vel pathach, ut אָהַבְתֶּם *dilexistis*, pro אָהַבְתֶּם: בָּחַרָה *elegit fem.* pro בָּחַרָה.

Quando autem verbum ponitur in fine clausulæ, sceva vertitur in kametz, ut Num. 9. v. 2 3. אֶת־מִשְׁמַרְתִּי יְהוּדָה שָׁמְרוּ. *custodiam Domini servabant*; et hoc propter accent. paus.

Tertia persona pluralis aliquando recipit ך in fine, ut Deut. 8. v. 1 6. לֹא־יָדְעוּן אֲבֹתֶיךָ אֲשֶׁר *quæ non cognoverunt patres tui*.

Per participium suppletur ab Hebræis præsens indicativi, adjuncto illi pronomina primitiva, ad personas



distinguendas, et assimilatur nomini adjectivo tam in genere, quam in declinatione, ut מוֹסֵר אָנִי *ego trado*, masc. מוֹסֵרָה אַתָּה *tu tradis*, fem. Aliquando postponitur pronomen, ut Hierem. I. שׂוֹקֵד אָנִי *vigilo ego*.

Per hoc participium, adjiciendo illi præteritum perfectum verbi substantivi, suppleri potest præteritum imperfectum, ut מוֹסֵר אָנִי הָיִיתִי מוֹסֵר *ego eram tradens*, pro *tradebam*.

Si secunda litera hujus participii sit gutturalis, pro sceva habet kametz, vel pathach, ut צוֹעֲקִים *qui clamant*.

Si tertia fuerit ה, vel ע, subscribitur cum pathach, ut נוֹטֵעַ *plantans*. Interdum fit crasis in pathach, ut נוֹטֵעַ.

Nonnunquam adhibetur etiam kametz, et tsere, ut אֲבֵל *lugens*. Aliquoties participium masc. num. sing. desinit in chirik, ut אֲסֵרִי *ligans*.

Quando infinitivo additur ה paragodicum, cholem corripitur in kametz chatuph, et ad primam radicalem transfertur, ut מִסֵּרָה *tradere*.

Cum autem tollitur accentus, loco cholem, ponitur in litera media kametz chatuph, ut מִלְךְ-מִלְךְ *regnare regem*.

In imperativo cum ה paragodico, intervenit eadem mutationis ratio, quæ in infinitivo, ut זָכַרְהוּ *zocra, recordare*. Interdum est kametz sub prima syllaba, ut Exod. 20. v. 8. זָכַר *recordare*.

Si prima, vel secunda litera substantialis fuerit gutturalis, tunc persona fem. sing. et masc. plur. possunt habere kametz, et pathach, ut פָּעַלְתִּי *fac*, fem. פָּעַלְתֶּם *facite*, masc.

Quando futuro additur ה paragogicum, tam cholem, quàm pathach mutatur in sceva, ut אִמְסַרְהָ *tradam*.

Si litera media, vel finalis fuerit gutturalis, sæpè cholem mutatur in kametz, ut אֶצַּעק *clamabo*, אֶשְׁמַע *audiam*.

Ultima persona fem. plur. aliquando patitur synco-  
pam literæ ה, ut תִּלְבְּשׁוּן *vestiabuntur* 2. Reg. 13. v. 18.  
pro תִּלְבְּשׁוּנָה.

In verbis ab א incipientiibus, literæ characteristicæ futuri habent cholem, et in prima persona sing. deficit א conjugationis, ut אֶכַּל *comedam*, אֶדַּבֵּר *dicam*, et hoc propter euphoniā: cæterum in aliis personis א substantialis ponitur otiosa, licèt scribatur, ut תֹּאכַל, תֹּאמַר *dices, comesdes*. Sæpè desinunt in tsere, ut יֹאמַר, quod propter accentum corripitur in sagol, ut וַיֹּאמֶר *et dixit*.

Quædam tamen hujusmodi verba inveniuntur cum duplici א in prima persona, punctuata utraque cum sagol, ut אֶאֱסֹף *congregabo*.

In verbo tamen יָכַל *potuit*, omnes literæ accidentales futuri ponuntur cum vav scurek, ad distinguendum illud a futuro verbi אָכַל *comedit*, ut אוֹכַל *potero*, תֹּוֹכַל *poteris*, &c.

#### De conjugatione passiva Niphhál.

Distinctivum hujus conjugationis est litera נ cum chirik punctuata in præterito, et benoni tantum; in aliis autem temporibus, et modis deficit נ, et compensatur per daghesc forte primæ verbi radicali adjectum, ut videre est in sequenti paradi-  
gmate.



Traditus est נִמְסַר

Præteritum.

Sing.

Fem.	Comm.	Masc.
<i>tradita fuit</i>	נִמְסְרָה 3	<i>traditus fuit</i> נִמְסַר 3
<i>tradita fuisti</i>	נִמְסַרְתִּי 2	<i>traditus fuisti</i> נִמְסַרְתָּ 2
<i>traditus, vel tradita fui</i>	נִמְסַרְתִּי 1	

Plur.

Fem.	Comm.	Masc.
<i>traditi, vel tradita fuerunt</i>	נִמְסְרוּ 3	
<i>tradita fuistis</i>	נִמְסַרְתֶּם 2	<i>traditi fuistis</i> נִמְסַרְתֶּם 2
<i>traditi, vel tradita fuimus</i>	נִמְסַרְנוּ 1	

Benoni.

Sing.

Fem.	Masc.
<i>tradita, v. quæ trad.</i>	נִמְסְרָה
<i>traditus, v. qui trad.</i>	נִמְסַר

Plur.

Fem.	Masc.
<i>tradite, v. quæ trad.</i>	נִמְסַרְתֶּם
<i>traditi, v. qui trad.</i>	נִמְסַרְתֶּם

Infinitivus.

*tradi* הַמְסִיר

Gerundia.

*cùm traderetur*

בְּהִמְסָר

*cum traditus fuisset* כְּהִמְסַר  
*ut traderetur* לְהִמְסַר  
*a tradi, vel ne traderetur* מִהִמְסַר

Imperativus.

Sing.

Fem.		Masc.
<i>tradere</i>	הִמְסַרִי	<i>tradere</i> הִמְסַר

Plur.

Fem.		Masc.
<i>tradimini</i>	הִמְסַרְנָה	<i>tradimini</i> הִמְסַרוּ

Futurum.

Sing.

Fem.	Comm.	Masc.
<i>tradetur</i>	תִּמְסַר 3	<i>tradetur</i> יִמְסַר 3
<i>traderis</i>	תִּמְסַרִי 2	<i>traderis</i> תִּמְסַר 2
<i>tradar com.</i>	אִמְסַר 1	

Plur.

Fem.	Comm.	Masc.
<i>trudentur</i>	תִּמְסַרְנָה 3	<i>trudentur</i> יִמְסַרוּ 3
<i>trademini</i>	תִּמְסַרְנָה 2	<i>trademini</i> תִּמְסַרוּ 2
<i>trademur com.</i>	נִמְסַר 1	

Annotationes ad conjugationem Niphhál.

Cùm, regulariter loquendo, chirik non præcedat litteram gutturalem, si prima radicalis fuerit talis, in om-



nibus personis præteriti, litera נ punctuatur cum sægol, et prima radicalis habet chateph sægol loco sceva, ut נִאָמַר dictum est, vel fuit. Aliquando remanet sceva, et נ punctuatur pathach, ut נִחַתָּם obsignatus est.

*Benoni.*

Tria, præter ordinem, desinunt in cholem, scilicet נִחַתָּם conversus est, נִחַתָּם obsignatus est, et נִעְתָּוֶר exoratus est.

Hic etiam memoranda est regula præteriti, si prima radicalis fuerit gutturalis, ut Num. 12. v. 7. נִאֱמַן הוּא fidelis ille.

In infinitivo si prima fuerit gutturalis, daghesc excidens compensatur per tsere, ut הִתְאַסַּף congregari.

In futuro eadem regula, quæ in infinitivo, observanda est, ut יִאָסֵר ligabitur, eodem modo, si prima fuerit ר, ut אֲרִצֵּחַ occidar. Si verò ultima verbi litera fuerit ע, vel ח, subjicitur illi pathach, ut patet in exemplo immediato.

Non desunt, qui in hac conjugatione ponunt participium *Pahul*; et ad distinguendum illud a Benoni ejusdem conjugationis, dicunt, quòd hoc significat per modum actus, illud verò per modum habitus, ut נִמְסָר traditus, מְסֹרַר tradi solitus; sed tamen cum idem omnino sit, ac Pahul Kal, non opus est multiplicare voces sine necessitate.

## ARTICULUS II.

*De conjugatione Pihél, ejusque passiva Puhál.*

Cùm præcipua hujus conjugationis nota sit daghesc forte in secunda radicali; generaliter observandum est, daghesc, propter gutturalem, aut ך, ejectum, compensari per vocalem longam, quamquam multa hujus conjugationis verba abjiciunt daghesc sine compensatione.

Ad hanc conjugationem duorum verborum genera referuntur; primum, quod a forma פועל *pohel* vulgò vocatur, vel מרבע *quadratum*, a quatuor literis, ut לושן *detrahit*, sed nihil peculiare habent hujusmodi verba, præter analogiam daghesc ejecti in cholem conversi.

Alterum genus est, quod loco daghesc unam, aut alteram radicis literam geminat, aut quod per se quatuor, aut quinque habet literas, absque eo, quod nova fingatur conjugatio, ut a גלל est גלגל *volvit*, פרשן *expandit*, quæ omnia analogicè flectuntur.

*Diligenter tradidit* מסך

*Præteritum.*

	Sing.		
Fem.	Comm.		Masc.
<i>diligenter tradidit</i>	מסרה 3	<i>diligenter tradidit</i>	מסך 3
<i>diligent. tradidisti</i>	מסרת 2	<i>diligent. tradidisti</i>	מסרת 2
<i>diligent. tradidi</i>	מסרתי 1		



Plur.

Fem.	Comm.	Masc.
<i>diligent. tradiderunt</i>	מִסְרִי 3	
<i>diligent. tradidistis</i>	מִסְרִתֶּן 2	<i>diligent. tradidistis</i> מִסְרִתֶּם 2
<i>diligent. tradidimus</i>	מִסְרֵנוּ 1	

*Benoni.*

Sing.

Fem.	Masc.
<i>dil. tradens</i> מִסְרָה , vel מִמְסָרָה	<i>diligent. tradens</i> מִמְסָר

Plur.

Fem.	Masc.
<i>diligent. tradentes</i> מִמְסָרוֹת	<i>diligent. tradentes</i> מִמְסָרִים

*Infinitivus.**diligent. tradere* מִסֵּר , vel מִסֵּרָה*Imperativus.*

Sing.

Fem.	Masc.
<i>diligent. trade</i> מִסֵּרִי	<i>diligent. trade</i> מִסֵּר

Plur.

Fem.	Masc.
<i>diligent. tradite</i> מִסֵּרְנָה	<i>diligent. tradite</i> מִסֵּרֵי

Futurum.

Sing.

Fem.	Comm.	Masc.
<i>diligent. tradet</i>	תִּמְסֹר 3	<i>diligent. tradet</i> יִמְסֹר 3
<i>diligent. trades</i>	תִּמְסְרֵי 2	<i>diligent. trades</i> תִּמְסְרֵי 2
<i>diligent. tradam</i>	אֶמְסֹר 1	

Plur.

Fem.	Comm.	Masc.
<i>diligent. tradent</i>	תִּמְסְרְנָה 3	<i>diligent. tradent</i> יִמְסְרוּ 3
<i>diligent. tradetis</i>	תִּמְסְרֵינָה 2	<i>diligent. tradetis</i> תִּמְסְרוּ 2
<i>diligent. tradam</i>	נִמְסֹר 1	

Annotationes.

Præteritum sæpè desinit in pathach maximè si secunda, vel tertia radicalis sit gutturalis, vel ר, ut שָׁבַר *confregit*.

Tria hæc דִּבֶּר *loquutus est*, כָּבַס *lavit*, et כָּפַר *expiavit*, plerumque desinunt in sægol.

Infinitivus aliquando retinet formam præteriti, ut שָׁלַם *retribuere*.

Imperativus quandoque habet pathach in fine, loco tsere, ut פִּלַּג *divide*.

Cum הַ paragogico סָפְרָה *numera*.

אחריך <i>te post</i>		אחריך <i>te</i>
	<i>post me</i>	אחרי <i>post me</i>
אחריהן <i>eas post</i>		אחריהם <i>eos</i>
אחריכן <i>vos post</i>		אחריכם <i>vos</i>
	<i>post nos</i>	אחרינו <i>post nos</i>

אל vel אלי *ad.*

אליה <i>eam ad</i>		אליו <i>eum</i>
אלך <i>te ad</i>		אלך <i>te</i>
	<i>ad me</i>	אלי <i>ad me</i>
אליהן <i>eas ad</i>		אליהם <i>eos</i>
אליכן <i>vos ad</i>		אליכם <i>vos</i>
	<i>ad nos</i>	אלינו <i>ad nos</i>

את *cum.*

אתה <i>ea cum</i>		אתו <i>eo</i>
אתך <i>te cum</i>		אתך <i>te</i>
	<i>mecum</i>	אתי <i>mecum</i>
אתו <i>eis cum</i>		אתם <i>eis</i>
אתכן <i>vobis cum</i>		אתכם <i>vobis</i>
	<i>nobiscum</i>	אתנו <i>nobiscum</i>

Affixa.

Fem.	Com.	Masc.
		בעד <i>pro.</i>
בעדה <i>ea pro</i>		בעדו <i>eo</i>
בעדך <i>te pro</i>		בעדך <i>te</i>
	<i>pro me</i>	בעדי <i>pro me</i>
בעדן <i>eis pro</i>		בעדם <i>eis</i>
בעדכן <i>vobis pro</i>		בעדכם <i>vobis</i>
	<i>pro nobis</i>	בעדנו <i>pro nobis</i>

בין *inter.*

בינה <i>eam inter</i>		בין <i>eum</i>
בינך <i>te inter</i>		בינך <i>te</i>
	<i>inter me</i>	ביני <i>inter me</i>
ביניהן <i>eas inter</i>		ביניהם <i>eos</i>
ביניכן <i>vos inter</i>		ביניכם <i>vos</i>
	<i>inter nos</i>	בינינו <i>inter nos</i>

לפני *ante.*

לפניה <i>eam ante</i>		לפניו <i>eum</i>
לפניך <i>te ante</i>		לפניך <i>te</i>
	<i>ante me</i>	לפני <i>ante me</i>
לפניהן <i>eas ante</i>		לפניהם <i>eos</i>
לפניכן <i>vos ante</i>		לפניכם <i>vos</i>
	<i>ante nos</i>	לפנינו <i>ante nos</i>

למען *propter.*

למענה <i>eam propt.</i>		למענו <i>eum</i>
למענך <i>te propter</i>		למענך <i>te</i>



## Affixa.

Fem.	Com.	Masc.
לְמַעַנִי		
לְמַעַנֵּךְ		
לְמַעַנֵּיכֶם		
לְמַעַנֵּנוּ		

נגד coram.		
נֶגְדָהּ	coram	נֶגְדוֹ
נֶגְדְךָ	coram	נֶגְדְךָ
נֶגְדֵינוּ	coram	נֶגְדֵינוּ
נֶגְדְכֶם	coram	נֶגְדְכֶם
נֶגְדֵנוּ	coram	נֶגְדֵנוּ

סביבי, vel סביבי circum.		
סְבִיבֶיהָ	eam circ.	סְבִיבֵיו
סְבִיבֶיךָ	te circ.	סְבִיבֶיךָ
סְבִיבֵינוּ	eam cir.	סְבִיבֵיהֶם
סְבִיבֵיכֶם	vos circ.	סְבִיבֵיכֶם
סְבִיבֵנוּ	eam	סְבִיבֵנוּ

עד, vel עדי ad.		
עֲדֶיהָ	ad	עֲדֵיו
עֲדֶיךָ	ad	עֲדֶיךָ
עֲדֵינוּ	ad	עֲדֵינוּ
עֲדֵיכֶם	ad	עֲדֵיכֶם

## Affixa.

Fem.	Com.	Masc.
עָדִיכֶן	vos ad	עָדִיכֶם
עָדִינוּ	ad nos	

על, vel עליו super.		
עָלֶיהָ	eam super	עָלָיו
עָלֶיךָ	te super	עָלֶיךָ
עָלֵינוּ	eam super	עָלֵיהֶם
עָלֵיכֶם	vos super	עָלֵיכֶם
עָלֵנוּ	super nos	

עם cum.		
עִמָּהּ	ea cum	עִמּוֹ
עִמָּךְ	te cum	עִמָּךְ
עִמֵּנוּ	eam cum	עִמֵּיהֶם
עִמֵּיכֶם	vobiscum	עִמֵּיכֶם
עִמֵּנוּ	nobiscum	

תחת, vel תחתיו sub.		
תַּחְתֶּיהָ	ea sub	תַּחְתָּיו
תַּחְתֶּיךָ	te sub	תַּחְתֶּיךָ
תַּחְתֵּינוּ	eam sub	תַּחְתֵּיהֶם
תַּחְתֵּיכֶם	vos sub	תַּחְתֵּיכֶם
תַּחְתֵּנוּ	sub nobis	

Quæ sequuntur præpositiones, illæ cum solis affixis  
in scriptura usitatis conjunguntur.

אצל *apud.*  
אצלו *apud eum.*  
אצלה *apud eam.*  
אצלי *apud me.*  
אצלם *apud eos.*  
בגלל *et in regimine* בגלל  
*propter.*  
בגללה *in forma nominum*  
*plural. propter te, masc.*  
בגללה *propter te, fem.*  
בגללכם *propter vos.*  
בעבור *propter.*  
בעבורו *propter eum.*  
בעבורה *propter eam.*  
בעבורה *propter te, masc.*  
בעבורה *propter te, fem.*  
בעבורם *propter eos.*  
בעבורנו *propter nos.*  
בלתי *præter.*  
בלתי *præter. te, in paus.* בלתי

בלתי *præter me.*  
בלעדי *præter.*  
בלעדי *præter me.*  
זולת *præter.*  
זולתה *præter eam.*  
זולתה *præter te.*  
זולתי *præter me.*  
נכה *coram.*  
נכה *ex forma נכה coram eo.*  
לעמתי *et in regimine* לעמתי  
*e regione.*  
לעמותו *e regione ejus.*  
לעמותם *e regione eorum.*  
עמו *cum.*  
עמו *mecum.*  
מו *e regione.*  
מולי *e regione mei, cum*  
*et alia præpositione, et kib-*  
*butz euphonico, pro ו scu-*  
*reck.*



## CAPUT XVI.

## De Conjunctione.

Conjunctio vox est, quæ sententiam sententiæ conjungit. Sententia autem sententiæ conjungitur, vel per copulam *et* &c., vel per disjunctionem *aut* &c. (conjunctiones enim disjunctivæ, etsi rem disjungant, verba tamen, ac sententias conjungunt), vel per discretionem *sed* &c., vel per conditionem *si* &c., vel per causæ redditionem *quia, enim* &c., vel denique per consequutionem *itaque, igitur* &c.

Ex conjunctionibus itaque aliæ sunt *copulativæ*; aliæ *disjunctivæ*; aliæ *discretivæ*, seu *adversativæ*; aliæ *conditionales*; aliæ *causativæ*; aliæ denique *conclusivæ*.

## I.

*Conjunctiones copulativæ.*

וְ et.

וְאִי } etiam, quoque.  
וְאִי

## II.

*Conjunctiones disjunctivæ,  
quibus partes ita segregan-  
tur, ac si una tantum  
vera esse possit.*

אוְ aut, vel, sive.

כִּי־אִי non sic, secus.

## III.

*Conjunctiones conditionales,  
quibus pars orationis conse-  
quens ex antecedentis con-  
ditione connectitur.*

אִם } si, sin, siquidem,  
אִם } siquando, cùm,  
אִם } quandoquidem.

כִּי־אִם quod si.

אִם־אִי si non, ni, nisi.

אִם־אִי } si.

וְלֹא nisi.  
 IV.  
*Conjunctiones adversativæ, quibus partes ratione tantum segregantur.*

וְכֵן verum, verumtamen.  
 אֲבָל at, ast, sed, verè, cer-  
 tè, profectò, verum-  
 tamen.

גַּם כִּי etiamsi.  
 כִּי אָם sed.

וְלֹא } etsi.  
 וְלֹא }

אֲלֵכֶם verumtamen.  
 כִּי quamvis, sed.

V.

*Conjunctiones causales, quibus antecedentis rei causa redditur.*

כִּי } quia, quòd, quo-  
 } niam, enim, etenim.

אֲשֶׁר, שׁ quòd, quia, cùm.  
 יַעַן } quia, eo quòd, quan-  
 } doquidem.  
 יַעַן אֲשֶׁר } eo quòd, propterea  
 כִּי } quòd.  
 עַקֵּב } quia, eo quòd.  
 עַקֵּב אֲשֶׁר }  
 בְּעִבּוּר } ut, propterea ut.  
 לְמַעַן }  
 לְבִלְתִּי ut non.

VI.

*Conjunctiones conclusivæ, quibus ex antecedente consequens certa ratione concluditur.*

לְכֵן } quare, quamobrem,  
 } quapropter, quo-  
 עַל-כֵּן } circa, ergo, ideo,  
 } itaque, igitur.

*Annotationes ad conjunctionem copulativam ו.*

Inter conjunctiones copulativas primum locum obtinet ו, quæ quidem frequenter in Sacra Scriptura reperitur. Ejus genuina motio est sceva simplex. Hujus enim conjunctionis proprium est, mutare in verbis vulgò præteritum in significationem futuri, et vice versa futurum



in significationem præteriti, et vocatur *vav conversivum*: quod accidit, quando invenitur præterito præfixum cum sceva, quoties præcesserit futurum, tunc enim convertit illud præteritum in significationem futuri, ut וְאַמַּרְתָּ *et dices*; si tamen præcesserit aliud præteritum, aut futurum pro præterito positum, ו istud præterito præfixum, copulat tantum, non verò convertit, ut Isai. 41. v. 4. מִי־פָעַל וְעָשָׂה *quis fecit, et operatus est?* Quando verò præteritum incipit a labiali, ו fit scurek, ut Isai. 19. v. 16. וַיִּפְחַךְ *et expavescet*.

Præfixum autem futuro cum pathach, sequente daghesc, aut cum kametz ante gutturalem ך convertit illud in præteritum, ut Exod. 12. v. 27. וַיִּשְׁתַּחֲוֶי וַיִּקְרַד הָעָם *et inclinavit se populus, et adoravit*. Ante ך 3. Reg. 8. v. 20. וַאֲבִנָהּ *et edificavi*. Sed de hoc fusiùs in syntaxi.

## CAPUT XVII.

### De Interjectione.

**I**nterjectio vox est affectum mentis significans, ac circa verbi opem sententiam complens, ut הֵן לְךָ *va tibi!* Dicitur interjectio, quia sæpè interjicitur, seu interseritur orationi; non semper, quia ab ea quoque sermonem rectè auspicamur.

Ex interjectionibus autem aliæ sunt:

Blandientis, ut כִּי, אֵי, אֵי, אֵי, אֵי, *quæso, obsecro, amabo*.

Comminantis, ut אֵי, הֵן, אֵי, *va*.

Dolentis, ut { אָוִי, הוּי, אֲוִיָּה, ô, *hei, heu, eheu.*  
 אָבָה, הָבָה, אֲבָהָה, *abab, ab, euge.*

Ejulantis, ut אֵלֵי *hei, va.*

Exclamantis, ut הוּי ô, et ה articulus.

Fastidientis, et abominantis, ut חֲלִילָה *absit.*

Gaudentis simul, et insultantis, ut הָאָה, אָה, *euge, euge, ha, ha, he, he.*

Hortantis, ut הָבָה *eja, age,* אָבִי *agite.*

Vocantis, ut הוּי *heus,* et interdum ה articulus.

Optantis, ut לֵי, לֵי, לֵי, אֲחִלֵי *utinam, ô si,* אָמֵן *amen.*

## CAPUT XVIII.

### *De generali punctorum vocalium mutatione.*

**P**ostquam de singulis Hebraïcæ orationis partibus sermonem fecimus, jam jam de punctorum vocalium variatione disserendum est; cùmque punctorum mutatio, cujus intelligentia ad perfectam Hebraïcæ linguæ cognitionem non parum conducit, difficilis sit, et tyronibus veluti mons inaccessibilis videatur, non ea, qua desideramus, brevitate, circumcingere nos possumus, ut illa, qua fieri potest claritate, pars Hebraïcæ Grammaticæ intricatior expendatur; aliorum tamen prolixitatem, quantum fas est, evitare conantes, regulas generales, quæ quidem ad faciliorem intelligentiam non mediocriter conducunt, statuemus, necnon præcipuas earum exceptiones post singulas regulas adjiciemus. Si quis autem He-



braicè instructus plura cupit, doctum adeat Guarinum, qui separatim de hac re in singulis orationis partibus, mutationi subjectis, diffusè tractat, aliosque consulatur Auctores.

Sed antequam hujus mutationis regulas proponamus, quibus de causis puncta vocalia variationem patiuntur, sciendum est.

Primò mutantur puncta in nominibus, quoties nomen movetur a singulari numero in dualem, vel pluralem, et a genere masculino in femininum: a sing. in dual. v. g. יָד *manus*, יָדַי *duæ manus*, in plural. v. g. דְּבַר *verbum*, דְּבָרַי *verba*; a masc. in femin. v. g. גָּדוֹל *magnus*, גְּדוּלָּה *magna*, in quibus nominibus faciliè observari potest punctorum mutatio.

2. Variantur puncta in nominibus, quoties nomen transit de statu absoluto ad statum regiminis. Nomen dicitur esse in statu absoluto, quando nec unum ab alio regitur, nec cum affixis conjungitur. In statu regiminis v. g. יְהוָה דְּבַר *verbum Domini*; in hoc exemplo nomen regens est דְּבַר, quod, cùm regat יְהוָה in gignendi casu, mutat prius kametz in sceva, posterius verò convertit in pathach, nomen autem rectum יְהוָה invariatum remanet. Fit variatio punctorum, quando nomen cum affixis conjungitur (quæ etiam in conjunctione affixorum cum verbis causatur) v. g. דְּבָרוֹ *verbum ejus*, ubi prius kametz nominis absoluti דְּבַר convertitur in sceva, posterius verò invariatum manet: in verbis v. g. פָּקְדוֹ *visitavit eum*; cùm enim tertia persona singularis præteriti sit פָּקַד *visi-*

*tavit*, cum affixo mutat kametz in sceva, et pathach in kametz; idem dicendum est de adverbis, et præpositionibus, quando cum affixis componuntur.

3. Causat etiam punctorum variationem litera ה, quæ interdum in fine masc. et commun. nominis adjicitur; et eadem ה, et litera ך, quæ nonnullis verborum temporibus, temporumque personis adduntur in fine, quapropter literæ *paragogicæ* vocantur, hoc est, *in fine adjectæ*; in nominibus v. g. לַיַּל *nox*, cum ה paragogico לַיַּלְהָ *nox*, masc. בַּיִת *domus*, cum ה paragogico בַּיִתָּהּ *domus*. In verbis v. g. בָּקַר *visitare*, cum ה parag. בָּקַרְהָ *visitare*, אֲדַבְּקֶיךָ *adhærebis*, cum ך parag. אֲדַבְּקֶיךָ *adhærebis*.

4. Mutationem patiuntur puncta vocalia ratione daghesc ejecti, et literæ quiescentis, aut excidentis, compensationis. Ratione daghesc ejecti v. g. בְּהָרַר pro בְּהָרַר *in monte*, ubi pathach, ratione daghesc ex litera ה ejecti, utpote illud recipiendi incapace, convertitur in kametz. Ratione literæ quiescentis, aut excidentis, v. g. יִרְשׁוּ pro יִרְשׁוּ *possidebunt*, ubi chirik mutatur in tseré, ad compensandum alterum *iod* ejectum.

5. Variantur puncta ob accentum tonicum, tùm communem, tùm pausantem. Ea est enim Hebræorum pronuntiandi ratio, ut ad syllabæ tonum, seu elationem, quàm citissimè fieri potest, perveniatur; quare si in flexione cum affixo &c. vox e disyllaba fiat trisyllaba, et accentus tonicus ultimam occupet, magna motio, quæ est in antepenultima post flexionem &c. vel in penultima ante flexionem &c., mutatur in (:) aut in parvam



sibi respondentem, modò tamen magna illa motio sit natura sua mutabilis, neque daghesc ejectum, aut literam quiescentem compenset, quod semper est observandum.

Nedum ad vocis sonum, verùm etiam ad sententiæ distinctionem, properant Hebræi; quare dictiones, per makkaph interdum junguntur, quo vinculo (id enim significat makkaph) colligatæ, quasi unicam efficiunt. Hinc accentu tonico carent, præter ultimam, cujus tono innituntur, quapropter fit etiam vocalium mutatio.

6. Fit punctorum variatio ob euphoniã, hoc est, ob suavem, et jucundam pronuntiationem, atque orationis elegantiam, qua ratione magnæ motiones sæpè mutantur in parvas sibi respondentes, et maximè sequente daghesc forti, et parvæ, quas sequitur daghesc hujusmodi, convertuntur in magnas. Ad euphoniã quoque pertinet mutua literarum  $\text{מנמ}$  permutatio: literæ  $\text{מ}$  metathesis: mutatio quoque  $\text{נ}$  in  $\text{מ}$  in tertia persona sing. fem. præteritorum verb. quiesc. *Lamed*  $\text{ל}$ , ut duplicis  $\text{ל}$  vitetur concursus, et alibi.

7. Denique mutantur puncta ob  $\text{ה}$  locale nominibus adjectum.

Insuper considerandum est, quòd non omnia puncta sunt mutationi obnoxia, sed vulgò tantùm quatuor, nempè (◌̣) kametz, (◌̣̣) tsere, (◌̣̣̣) cholem, et (◌̣̣̣̣) sægol cum suis vicariis (◌̣̣̣̣) pathach, et (◌̣̣̣̣̣) chirik. Quamvis enim sceva simplex aliquoties mutetur in chirik, non inter puncta, quæ mutantur, numerari debet, eò quia sceva simplex solùm mutationem patitur, quando in prin-

cipio dictionis sequitur aliud sceva simplex, ne in principio dictionis concurrat duplex sceva simplex: quibus suppositis.

ARTICULUS I.

*De mutatione kametz primæ syllabæ.*

**K**ametz primæ syllabæ tam in nominibus, quàm in verbis, ob quamcumque causam mutatur in (·) sceva simplex sub non gutturali, et compositum, nempè (ֿ) chateph pathach sub gutturali. Sequente autem altero sceva, primum, si simplex fuerit, mutatur in (·) chirik katon, si verò compositum, videlicet (ֿ) chateph pathach, resolvitur in (ֿ) simplex pathach, cujus loco interdum ponitur chirik katon, ut דְּבַר *verbum*, cum affixo דְּבָרָיו *verbum ejus*; plur. absol. דְּבָרָיוֹ const. דְּבָרָיוֹ mutato primo sceva in chirik, ad vitandum concursum duplicis sceva in principio dictionis. Sic חָכֵם *sapiens masc.*, חָכְמָה *sapiens fem.* cum affix. חָכְמוֹ *sapiens ejus*, mutato primo kametz in chateph pathach propter gutturalem.

*Excipiuntur*

I. Nomina, quæ in ipsa prima syllaba habent kametz ad compensandum daghesc ex gutturali, aut ר ejectionem, magna enim motio, quæ hujusmodi daghesc, et literæ quiescenti compensandis inservit, vix mutatur, ut תָּרַשׁ pro חָרַשׁ *artifex*, plur. חָרָשִׁים *artifices*; sic עָרִיץ *latro*, עָרִיצִים *latrones*. His adjungitur שָׁלִישׁ *tribunus*, plural. שָׁלוֹשִׁים *tribuni*, servato (ֿ) ad illud distinguendum a שָׁלוֹשִׁים *tertii*.



2. Disyllaba in הָ, et in הֶ, finita, ut קָמֶה *seges*, plur. קָמוֹת *segetes*; verùm in duali numero kametz mutatur in sceva, ut שָׁנָה *annus*, dual. שְׁנָתַיִם *duo anni*; אָגֶר *ager*, et hujus formæ nomina etiam in duali, et cum affixis retinent kametz, ut שְׁרָיִים *duo agri*, אָגֶרְךָ *ager tuus*.

3. Bisyllaba ex verbis duplicantibus orta, quibus præponitur מַ heemanticum, seu servile, ut מִגֶּן *clypeus*, plur. מִגְנֵיִם *clypei*, a radice גָּנַן *protexit*.

4. Nomina quædam ex verbis quiescentibus, et deficientibus in secunda radicali nata, ut צָרָה *angustia*, construit. צָרָה, affix. צָרָתִי *angustia mea*, plur. צָרוֹת *angustie*; sic כְּבֵבָה *pupilla*, קָרָה *frigus*, &c. His adduntur quiescentia ultimæ הָ, ut אֲלָהָה *execratio*, יָפָה *pulchra*, מְנָה *pars*, &c. quæ saltem ob affixa kametz primæ retinent.

Nomina verò quædam disyllaba in הֶ, finita, et ex quiescentibus Lamed הָ derivata, licet in plurali, et cum affixis absolutis servant kametz, in regimine verò, et cum affixis regiminis illud mutant in sceva simplex sub non gutturali, et in compositum, scilicet chateph pathach, sub gutturali, ut קֵצָה *extremitas*, const. קֵצָה, קֵצָה הָ *extremitatem populi*, Num. 22. v. 41.: sub gutturali עֵלָה *folium*, constr. עֵלָה, affix. עֵלָהּ *folium ejus*, &c.

5. Nomina desinentia in literam sonantem, quam præcedit ו cum (◌) sâgol, et quorum prima radicalis afficitur (◌) kametz; illa inquam nomina mutant kametz, et sâgol in cholem, quod ex ו conficitur, ut מוֹת *mors*, const. et cum omnib. affix. מוֹת *mors*, מוֹתוֹ *mors ejus*, מוֹתְכֶם *mors vestra*, plur. absol. מוֹתַיִם *mortes*, constr. מוֹתַי &c.:

sic אָוֶן *iniquitas*, unde בְּאִנִּי *in iniquitate mea*, תּוֹךְ *medium*, &c. Excipitur עוֹל *iniquitas*, cujus const. est עוֹל, et cum affix. עוֹלוֹ *iniquitas ejus*, sed est potius a forma absol. עוֹל.

6. Nomina ista קבול *contra*, קטוב *excisio*, קטון *minimus*, retinent kametz cum affixis, ut קבולוֹ *contra eum*, קטבוק *excisio tua*, קטוני *minimus meus*: in regimine tamen singulari קטון mutat kametz in sceva, ut בניו *minimus filiorum ejus*, 2. Paralip. 21. v. 17. Denique דגור *accinctus*, in regimine sing. retinet kametz, Jud. 18. v. 11. per enallagem status absolut. pro constructo.

Nomen בנה *ala*, in plur. const. et cum affix. constr. pro chirik katon sub prima radicali habet pathach, ut בנימי, affix. const. בנמייהם *ala eorum* &c., quia (·), et (˘) faciliè permutantur.

7. Nomina monosyllaba in regimine mutant kametz in pathach, ut שר *princeps*, in regimine שר-שלים *princeps pacis*, Isai. 9. v. 6.

At quando monosyllaba ista, kametz insignita, deducuntur ex verbis quiescentibus in tertia radicali ה, aut radices sunt, in regimine sing. et cum affix. regim. mutant vulgò (˘) in (-). יד *manus*, constr. יד, cum affix const. ידכם cum (˘) loco (-) pro ידכם *manus vestra*. Sic דם *sanguis*, const. דם cum affix. const. דמכם *sanguis vestra*, cum (˘) pro (-). Alibi in sing. remanet (˘), ut ידי *manus mea*, &c. Sic similiter remanet in plur. et dual. absol. et cum affix. absol. At in plur. et duali constr. et cum affix. const. (˘) mutatur in (˙), ut ידי *manus*, ידיהם *manus eorum*. Alia nomina monosyllaba ex his verbis deducta,



qua (·) istud retinent in sing. const., pertinent quoad formam istam, ad quiescentia in secunda, ut עץ עב *trabs ligni*.

Tria ista nomina אב *pater*, אח *frater*, סב *socer*, in regimine sing. et cum omnibus affix. in eodem sing. adsciscunt (·), vel si malueris, tertia radicalis ה verborum, unde derivantur, mutatur in (·); in regimine autem sing., et cum affix. regim. mutant (·) in (·), ut אב const. אבי (bis sine י, et cum (·) אב *pater*, cum affix. const. אביכם *pater vester*, &c. Sic אח, אחיכם &c. cum affix. absol. אחי; *frater ejus*, &c. סב reperitur tantum cum affix. absol. ה, et ה: sic סבה *socer ejus*, סבתך *socer tuus*. In plur. autem num. אב terminatur in ות more femin., et in absoluto retinet (·), sic אבות. In constr. et cum omnibus affix. (·) mutatur in (·); אב verò in plur. num. absol. et cum affix. absol. mutat (·) in (·); in plur. autem const. et cum affix. const. א afficitur (·). Tertii nominis סב exempla non inveniuntur in plur. numero.

## ARTICULUS II.

### *De mutatione kametz ultimæ syllabæ.*

**K**ametz ultimæ syllabæ in regimine singulari, et cum affix. regiminis בן, et כם mutatur in pathach, ut דבר יהוה *verbum Domini*, דברכם *verbum vestrum*, fem., דברכם *verbum vestrum*, masc. In regimine verò plurali, et cum affix. regiminis mutatur in sceva simplex, et si præceserit aliud sceva in prima syllaba, sceva illud præce-

dens mutatur in chirik katon, si non fuerit sub gutturali, et in chateph kametz sub gutturali; alibi remanet idem kametz, ut דְּבָרַי *verba*, דְּבָרָיו *verba ejus*, constr. דְּבָרַי *verba*, cum affix. construct. דְּבָרֵיהֶם *verba eorum*, דְּבָרֵיכֶם *verba vestra*, &c. Sic חָכֶם propter gutturalem constr. חָכֵם *sapiens*.

In nominibus desinentibus in ה, ה, istud ubique mutatur in ת, et kametz in pathach in regimine sing. et cum affix. regiminis; cum affix. autem absolutis ibidem remanet, ut צְדָקָה *justitia*, constr. צְדָקָתְךָ cum affix. absolutis צְדָקָתוֹ *justitia ejus*, cum affix. const. צְדָקָתְכֶם *justitia vestra*. In plurali verò absolut. const., et cum omnibus affix. kametz istud mutatur in ו, ut צְדָקוֹת *justitie*; const. צְדָקוֹתְךָ cum omnibus affix. צְדָקוֹתֶיךָ *justitie tue*, צְדָקוֹתַי *justitie nostrae*, צְדָקוֹתָם, et צְדָקוֹתֵיהֶם *justitie eorum*, &c.

### Excipiuntur

1. Vulgò nomina masculina, quando moventur in feminina, et in pluralem numerum, ut לְבָן masc., לְבָנָה fem., plur. masc. לְבָנִים, fem. לְבָנוֹת *albus, alba, albi, albae*; כּוֹכַב *stella*, dual. כּוֹכָבַיִם *due stellae*, plur. כּוֹכָבִים *stellae*.

2. Nomina quaedam disyllaba, in quorum prima est sceva, sive solum, sive cum parva motione præcedente conjunctum, ut כְּתָב כְּתָב *scriptura*, construct. כְּתָב בַּיִת יִשְׂרָאֵל *scriptura domus Israël*, Ezech. 13. v. 9. Sic שָׂאֵר *residuum*, שְׂאֵט *contemptus*, יָקָר *gloria*, (quamvis reperitur etiam in const. יָקָר) מִנְתָּן pro מִנְתָּן *donum*; quibus adjunge אוֹלָם *porticus*, unde plur. const. אוֹלָמַי.



3. Nomina non pauca, in quibus kametz istud supponitur literæ daghesc affectæ, quæ quidem saltem in plurali constr., et cum affix. constr. retinent kametz, ut *חַטָּא* peccator, plur. const. *חַטָּאֵי עַמִּי* peccatores populi mei, Amos 9. v. 10. *אֲבָר* agricola, plural. absol. *אֲבָרִים* cum affix. constructis *אֲבָרֵיכֶם* agricola vestri, Isai. 61. v. 5. *מִטְע* plantatio, *מִרְשׁ* pro *מִרְשׁ* possessio, &c.

Huc pertinet *חָרֵשׁ* artifex, et *פָּרֵשׁ* eques, de quibus in articulo præcedenti, except. 1.

4. Nomina desinentia in א, quæ kametz secundæ retinent ob א quiescens, ut *עֲבָא* exercitus, const. *עֲבָא מִלְחָמָה* exercitus belli, sic *מִשָּׂא* onus, &c.

5. Quædam nomina feminina retinent etiam kametz istud in plur. numero, et mutant ה in ו, vel י, vel א, ob harumce literarum inter se affinitatem, et pro terminatione plurali fem. adsciscunt ת, ut *קָצָה* extremitas, plur. *קָצוֹת*; *קָשָׁה* dura, plur. *קָשׁוֹת*; *כַּנֵּה* pars, plur. *כַּנֵּי*, et *מִנְאוֹת*, *מִנְאוֹת* partes. *אֲמָה* ancilla, retinet ה, ut *אֲמָהוֹת* ancille.

### ARTICULUS III.

#### De mutatione tsere primæ syllabæ.

**T**sere primæ syllabæ, sequente kametz in secunda, mutatur in sceva simplex, sub litera, quæ gutturalis non est, et in sceva compositum, seu chateph pathach sub gutturali. Sequente autem altero sceva in secunda, sceva primæ mutatur in chirik, si sceva fuerit simplex; si verò fuerit istud sceva compositum, reduçitur ad pa-



thach, ut לָבַב *cor*, construct. לָבַב, cum affix. absol. לְבָבֹו *cor ejus*, &c. cum affix. regiminis לְבַבְכֶם *cor vestrum*, &c. plur. absol. לְבָבִים *corda*, const. לְבָבִי, cum affix. absolut. לְבָבֵינוּ *corda nostra*, &c., cum affix. const. לְבָבֵיהֶם *corda eorum*, &c. Sic עֵנַב *uva*, const. עֵנַב, cum affix. absol. עֵנָבוּ *uva ejus*, &c. cum affix. const. עֵנַבְכֶם *uva vestra*, &c.; plur. absol. עֵנָבִים *uva*, const. עֵנָבִי, et cum chirik sub ע loco pathach, et cum daghesc anomalo in ג, עֵנָבִי *uva*, Deut. 32. v. 32. cum affixo poetico עֵנַבְמוּ *uva eorum*, ibidem.

At quando non sequitur kametz in secunda, tsere istud primæ remanet tantum in regimine singulari, ut סֵפֶר הַזְכוּרוֹת *liber annalium*, יֵשַׁע יְהוּדָה *salus Domini*, &c. Alibi mutatur in sceva simplex sub non gutturali; in chateph pathach sub gutturali; quod sceva simplex, sequente altero, transit in chirik, et in sægol, si sceva fuerit compositum; sic סֵפֶר *liber*, cum affix. סֵפְרוֹ *liber ejus*, סֵפְרָם *liber vester*, &c., plur. absolut. סִפְרִים *libri*, construct. סִפְרֵי cum affix. absol. סִפְרָיו *libri ejus*, &c. cum affix. const. סִפְרֵיהֶם *libri eorum*, &c., חֵלֶב *adeps*, cum affix. חֵלְבָם *adeps eorum*, &c., plur. absol. חֵלְבִים *adipes*, constr. חֵלְבֵי cum affix. absol. חֵלְבָיו *adipes ejus*, &c. cum affix. const. חֵלְבֵיהֶן pro חֵלְבֵיהֶן *adipes earum*.

### Excipiuntur

1. Disyllaba finita in הָ, et הַ, quæ in plurali numero tsere primæ syllabæ retinent, quia non augetur syllabarum numerus, ut שֵׁנָה *somnus*, plur. שֵׁנוֹת *somni*,



עצה *consilium*, plur. עצות *consilia*, &c. גאה *superbus*, plur. גאים *superbi*. Sic in trisyllabis femininis, ut תועבה *abominatio*, plur. תועבות *abominations*.

2. Nomina, in quibus tsere istud primæ daghese ejectum compensat, ut חרש pro חרש *surdus*, pl. חרשים *sur-di* &c. Magnæ enim motiones, quæ ad compensandum daghese deperditum, aut literam quiescentem adhibentur, vix mutationi sunt obnoxia, ut supra dictum est.

3. Nomina, quæ habent tsere in prima, et sægol in secunda cum litera sonante in fine; in quibus tsere literæ gutturali subjectum in sing. numero cum affix. omnibus, et plur. const. necnon cum affix. constructis, mutatur quidem in sceva, sed concurrente altero; non mutatur vulgò in chirik katon, sed in sægol, ut עגל *vitulus*, affix. absol. עגלו *vitulus ejus* &c., affix. construct. עגלכם *vitulus vester* &c.; plur. absol. עגלים *vituli*: affix. absol. עגליו *vituli ejus* &c.; plur. constr. עגלי affix. constr. עגליהם *vituli eorum* &c. Sic חלק *pars*, חפץ *voluntas*, עזר *auxilium*, ערך *astimatio* &c. Analogiam sequuntur אמר *sermo*, אשת *uxor*, חזק *fortitudo*, חקר *peruestigatio*, חשק *desiderium* &c.; quæ quidem prius sceva natum ex (״) mutant in chirik, loco sægol, ut אמרי *sermo meus* &c. אשת tamen semel mutat istud sceva in sægol, ut אשתך *uxor tua*, Psalm. Hebr. 128. v. 3.

4. Quando ultima nominis syllaba desinit in ה, præcedente sægol, tsere primæ remanet, quia vicinus est accentus, ut רעה *amicus, socias*, cum affix. רעהו *amicus ejus*. At מרע idem, cum affix. modò servat tsere primæ,

ut מַרְעוּדוֹ *amicus ejus*, Gen. 26. v. 26. modò mutat illud in sceva, ut מַרְעוּדוֹ, Prov. 19. v. 7. ubi tamen exemplaria quædam habent tsere.

5. Monosyllaba ex verbis secundam radicalem geminantibus orta, quæ in sing. tantùm absoluto, et const. tsere retinent, alibi verò illud mutant in chirik katon, sequente daghesc forti ad literam excidentem compensandam, ut עֵתָה *tempus*, constr. eodem modo. Affix. עָתוֹ *tempus ejus* &c.; plur. absol. עֵתַיִם, *tempora*, constr. עָתַי, affix. עָתֶיךָ *tempora tua* &c. a radice עָתָה. Sic אִמָּךְ *mater*, אֵשׁ *ignis*, חַךְ *palatum*, חַן *gratia*, חֵץ *sagitta*, לֵב *cor* &c.; בֵּן *basis*, cum affixis mutat etiam tsere in pathach, sic בְּנֶךָ, et in pausa בְּנֶךָ *basis tua*, forte a radice inusitato בֵּן.

Quæ verò monosyllaba proficiscuntur a verbis quiescentibus in secunda radicali, ubique retinent tsere ad compensandam secundam radic. deperditam, ut עֵד *testis*, אֵדָר *testari*, in construct. עֵדִי cum affixis עֵדִי *testis meus*, עֵדְכֶם *testis vester* &c., plur. absol. עֵדִים *testes*, const. עֵדֵי cum omnibus affix. עֵדֵי *testes mei*, עֵדֵיהֶם *testes illorum* &c. Sic אֱלֹהִים *Deus*, אֱלֹהֵי *Deus meus* &c. גֵּר *peregrinus*, זָר *corona*, נֵר *acervus*, נֵר *lucerna* &c.

Quæ autem ex aliis quiescentibus derivantur, aut sunt radices, partim retinent tsere, partim illud mutant in sceva.

Retinent דַּעַ *scientia*, רֵעַ *amicus* &c. ut דַּעַי *scientia mea*, רֵעוֹ *amicus ejus*, רֵעֶךָ *amicus*, vel *proximus tuus*, et in pausa רֵעֶךָ *amicus meus* &c.

Mutant עֵם *nomen*, בֵּן *filius*, עֵץ *lignum* &c.



שׁ quidem in sing. constr. et in plur. absol. retinet tserē, alibi verò illud mutat in sceva, quod, altero concurrente, transit in chirik, ut שׂ constr. idem. Affix. שְׁמוֹ *nomen ejus*, שְׁמֶךָ *nomen tuum* &c., plur. absol. in forma fem. שְׁמוֹת *nomina*; construct. et cum omnibus affix. שְׁמוֹתָם *nomina eorum* &c.

בֶּן *filius*, in regimine sing. præsertim ante makkaph, mutat tserē in sægol, quandoque etiam in chirik katon, ut בֶּן־מָוֶת *filius mortis*, בֶּן־הַכּוֹת *filius percussionis*. In hoc singulari cum omnibus affix. tserē mutatur in sceva, et ob concursum alterius in chirik, ut בְּנוֹ *filius ejus*, בְּנֶךָ *filius tuus* &c. At in plur. absol., et cum affixis absol. tserē mutatur in kametz, ut בְּנָיִם *filii*. Cum affix. absol. בְּנֵי *filii ejus* &c. Vel kametz istud venit a sing. inusitato בְּנֶה. In plur. constr., et cum affix. const. tserē mutatur in sceva, ut בְּנֵי cum affix. constr. בְּנֵיהֶם *filii eorum* &c.

עֵץ *lignum*, ubique retinet tserē, præterquam in plurali constructo, ut עֵצוֹ *lignum ejus*, עֵצְךָ *lignum tuum*; plur. absol. עֵצִים *ligna*, cum affix. absol. עֵצָיו *ligna ejus*, masc., עֵצֶיהָ *ligna ejus*, fem. &c. At in plur. constr. tserē mutatur in chateph pathach, ut עֵצָי *ligna*.

#### ARTICULUS IV.

##### *De mutatione tserē ultimæ syllabæ.*

**T**serē ultimæ syllabæ, modò præcedat kametz in prima, mutatur eodem modo, aut remanet, ac kametz se-

cundæ; hoc est, in regimine sing., et cum affix. regiminis mutatur in pathach. In plur. constructo, et cum affix. constructis convertitur in sceva; alibi remanet, ut יָקוּן *senex*, affix. absol. יָקְנוּ *senex ejus* &c. const. יָקוּן, affix. const. יָקְנִים *senex vester* &c., plur. absol. יָקְנִים affix. absol. יָקְנֵי *senes ejus* &c., plur. const. יָקְנֵי &c.

At, quando non præcedit kametz in prima, tserè secundæ remanet tantùm in sing. constructo, ut יוֹצֵר *formator*, constr. יוֹצֵר הָאָרֶץ *formator terræ*. Alibi mutatur in sægol, quod, concurrente altero, convertitur in sægol, quandoque in chirik, interdùm etiam in pathach, maximè si secunda, aut tertia radicalis fuerit gutturalis, ut יוֹצְרוּ *formator ejus*, יוֹצְרֶךָ *formator tuus*, יוֹצְרֶם *formator vester*: plur. absol. יוֹצְרִים *formatores*, affix. absol. יוֹצְרָיו *formatores ejus* &c., plur. constr. יוֹצְרֵי cum affix. constr. יוֹצְרֵיהֶם *formatores eorum*. Sic רִכְבּוֹ *ascensor*, רִכְבוֹ *ascensor ejus* &c. אוֹיְבּוֹ *inimicus*, אוֹיְבֶךָ *inimicus tuus*, cum chirik pro sægol; גּוֹאֲלֵךְ *redemptor*, גּוֹאֲלֶךָ *redemptor tuus*, cum pathach pro sægol. Sic בּוֹרֵא *creator*, בּוֹרֵאֶךָ *creator tuus*; מִזְבֵּחַ *altare*, מִזְבֵּחֶךָ *altare tuum* &c., ubi sceva simplex dilatatur in chateph pathach ob gutturalem, cui subjicitur.

### Excipiuntur

I. Aliquot nomina, quæ saltem in regimine tam singulari, quam plurali tserè secundæ retinent, quamvis præcesserit kametz in prima, ut אִבְלָה *lugens*, constr. אִבְלָה כְּאִבְלָה *sicut lugens matrem*, Psalm. Hebr. 35. v. 14. ubi est sægol pro tserè ob makkaph: plur. absol. אִבְלָהּ,



constr. אֲבֵלֵי צִיּוֹן; unde אֲבֵלֵי צִיּוֹן *lugentes Sionis*, Isai. 61. v. 3. Sic דְּבַל *vanitas*, חֶלֶב *lac*, חָפֵץ *volens*, יָשָׁן *dormiens*, שָׁכַח *oblitus*, שָׁכַח *letans*, יוֹן *lutum*, יָפַח *spirans* &c.

2. Quæ ante illud tserere immediatè habent sceva simplex, ut פִּאָר *ornamentum*, affix. פִּאָרְךָ *ornamentum tuum* &c., plur. פִּאָרַיִם *ornamenta*: affixa constr. פִּאָרַיִכֶם *ornamenta vestra*. Invenitur in pl. constr. פִּאָרַיִי pro פִּאָרַיִי, sed venit a forma inusitata פִּאָר, aut פִּאָר. Sic פִּאָר *puteus*, cuius plur. constr. est פִּאָרוֹת, quasi a פִּאָרָה, זֶאֵב *lupus*, בָּאֵב *dolor* &c. מוֹסֵר *vinculum*, retinet etiam tserere in plural. cum affixis, ut מוֹסְרֵי *vincula mea*.

3. Nomina, quæ præter artis regulas, et solius euphoniæ gratia tserere illud retinent, ut שׂוֹמֵם *desolatus*, fem., שׂוֹמְמָה *desolata*: plur. masc. שׂוֹמְמִים *desolati*. Sic שֶׁלֶשׁ *abnepos*, רִבְעֵי *quartanus*, seu *quarta generationis filius* &c.

## ARTICULUS V.

### *De mutatione cholem in prima syllaba.*

**C**holem primæ syllabæ, quando non notatur secunda cum sægol, vel pathach pro sægol, cum litera sonante in fine, non mutatur, ut אוֹצֵר *thesaurus*, constr. אוֹצֵר, cum affix. absolutis אוֹצְרוֹ *thesaurus ejus* &c., plur. absol. ex terminatione fem. אוֹצְרוֹת; constr. אוֹצְרוֹת *thesauri*, et cum omnib. affix. אוֹצְרוֹתָיו *thesauri ejus masc.*, אוֹצְרוֹתֶיהָ *thesauri ejus fem.* &c.

At cum secunda syllaba, quæ desinit in literam sonantem, habet sægol, vel pathach; tunc cholem primæ

remanet in solo regimine sing. Alibi, hoc est, in sing. cum omnibus affix, et in plurali constructo, et cum omnibus affix. mutatur in kametz chatuph (ִ). In plurali autem absoluto, et cum affix. absolutis mutatur in chateph kametz (ִ), ut קָדַשׁ *sanctitas*, construitur idem; cum omnibus affixis קֹדְשׁוֹ קֹדְשֵׁי קֹדְשֵׁיכֶם *kodsco, sanctitas ejus, kodscechem, sanctitas vestra &c.*, plur. absol. קֹדְשֵׁי *sanctitates*, cum affix. absol. קֹדְשֵׁי *sanctitates ejus &c.*: plur. constr. קֹדְשֵׁי *sanctitates*, cum affix. constr. קֹדְשֵׁיהֶם *sanctitates eorum &c.*

Sic cum pathach ponitur pro sægol, ut אֶרְצָה *semita*, constr. idem; cum omnibus affix. אֶרְצָהּ אֶרְצֵי אֶרְצֵיכֶם *semita ejus, semita vestra &c.*

Quamvis litera ך inter sonantes non numeratur, in quantum tamen attinet ad illam supra memoratam punctorum mutationem, in fine dictionis literæ sonantis munere fungitur, ut דְּבַרְךָ *sermo*, aliàs *robur*, cum affixis דְּבַרְךָ דְּבַרְךָ *sermo tuus &c.*

Sic cum pathach est pro sægol, ut תְּאֵר *forma*, construitur idem, cum affix. תְּאֵרִי תְּאֵרֵי תְּאֵרֵיכֶם *tooro, forma ejus &c.*

### Excipiuntur

I. Nomina quædam, quæ in plur. absol., et cum affix. absolutis retinent cholem, quamvis etiam illud mutant in chateph kametz, ex analogia, ut אֶרְצָה *semita*: plur. absol. אֶרְצוֹת, et אֶרְצוֹת *semitæ*. Ita אֹהֶל *tabernaculum*, in plur. absol. אֹהֳלִים *tabernacula*, cum affix. absol. אֹהֳלָיו *tabernacula ejus*.



2. Nonnulla nomina, quæ cholem mutant in kibbutz, loco chatuph; duæ enim illæ motiones sæpiùs ad euphoniã invicem permutantur, ut גִּדְּלִי *magnitudo*, גִּדְּלוֹ *magnitudo ejus*, חֵפְזִי *libertas*, חֵפְזוֹ *libertas ejus*, absque mapik in ה.

3. Nomina quædam, in quorum plur. numero cholem istud primæ syllabæ mutatur in sceva simp., ut קִמְצִי *pugillus*, plur. קִמְצִים *pugilli*, פִּעַל *opus*, plur. פִּעָלִים. Sic הָתָם *juniperus*, הָתָם *lancea*.

4. Nomina monosyllaba ex verbis secundam radicalem geminantibus derivata, quæ extra regimen singulare, ubi remanet cholem, mutant illud in kibbutz, vel chatuph, sequente daghesc forti, ad secundam radicalem excidentem compensandam, ut חָקֵךְ *decretum*, a rad. חָקַק *decrevit*, cum affix. חָקִי, vel חֻקִי *choki*, *decretum meum* &c., עֵץ *fortitudo*, עֵצִי *fortitudo mea* &c., כֹּל *omnis, omnes, omnia, totus*, כֹּלָה *pro כֹּל totus ipse*, כֻּלָּם *universi ipsi* &c. Alia verò monosyllaba, quæ ex verbis secundam radicalem geminantibus non derivantur, retinent cholem, ut אֹרֶךְ *lux*, const. idem, cum affix. אֹרְךָ *lux tua*, אֹרְכֶם *lux vestra* &c.

Cùm post sægol ultimæ sequitur ה quiescens, cholem primæ remanet, et in constr. sægol mutatur in tsere, ut רוֹעֵה *pastor*, constr. רוֹעֵה צֹאן *pastor ovium*. Cum affixis ה, et sægol præcedens excidunt, ut רוֹעֵי *pastor meus*.

## ARTICULUS VI.

*De mutatione cholem ultimæ syllabæ.*

**C**holem ultimæ syllabæ vulgò non mutatur, nisi in nominibus ex verbis secundam radic. geminantibus derivatis; tunc enim extra regimen singulare, ubi remanet, mutatur in kibbutz, vel in chatuph, sequente daghesc forte, ad secundam radic. excidentem compensandam, sicut de monosyllabis dictum est, ut *מַעֲזוּ* fortitudo, a verbo *עָזָה* fortis fuit &c. construit. idem; cum omnibus affix. *מַעֲזוֹ* fortitudo ejus, *מַעֲזוֹי* fortitudo mea, et cum ו pro ך, et daghesc per legem æquivalentiæ, *מַעֲזוֹי* fortitudo mea, *מַעֲזוֹכֶם* fortitudo vestra &c.: plur. absol. *מַעֲזוֹיִם* fortitudines, const. *מַעֲזוֹי*, cum omnib. affix. *מַעֲזוֹיִם* fortitudines ejus, *מַעֲזוֹיהֶם* fortitudines eorum &c.

*Excipiuntur*

I. Pauca nomina, quæ licèt ex verbis secundam geminantibus non sint orta, mutant tamen cholem secundæ, alia quidem in sceva, ut *אֶרְמוֹן* palatium, plur. cum affix. *אֶרְמוֹנָיו* palatia ejus; alia verò in chateph kametz etiam sub non gutturali, ut *סֶבֶל* onus, *סֶבְלוֹ* onus ejus; sic *קֹדֶקֶד* *kodhkodh*, vertex, cum affix. *קֹדֶקְדוֹ*, et secundum alia exemplaria *קֹדֶקְדוֹ* vertex ejus. Alia denique in kametz chatuph, sequente daghesc forti per legem æquivalentiæ, ut *קָטוֹן* minimus, affix. *קָטוֹנִי* minimus meus; *קָבוֹל* contra, *קָבְלוֹ* contra eum. In quibus (״) scribitur pro (״).



chatuph, in favorem rudiorum, nam post (״) verum, ac genuinum nunquam sequitur daghesc forte. Advertendum est, quòd (׳) sub prima radic. quamvis inveniat ante ׳ chatuph non finale, est kametz magnum, quia ut illa figura ׳ ante kametz chatuph non finale sit kametz chatuph, necesse est, ut veniat a cholem, nam kametz magnum non mutatur in kametz chatuph.

2. Nomina ex verbis secundam geminantibus orta, quibus a fine accedit litera servilis, quæ retinent cholem, ut חלון *fenestra*, a חלל *perforatus est*: plur. חלונים *fenestra*, constr. חלונני, cum affix. חלוננינו *fenestræ nostræ* &c. Sic גרון *guttur*, סלון, vel סלון *spina*, רמון *malus punica* &c.

3. Tria nomina אָנוֹשׁ *homo*, יוֹם *dies*, et ראשׁ *caput*, quæ in plur. absol., et cum affix. absolutis, mutant cholem in (׳) ut אנשים *homines*, אנשיו *homines ejus*, &c. ימים *dies*, ימיו *dies ejus*, &c.: ראשים *capita*, ראשיו *capita ejus*, &c. At in plur. const. et cum affixis constr. (׳) natum ex cholem mutant in sceva, sic אנשי *et cum affix.* אנשיהם *homines eorum*, ימי, et cum affix. const. ימיהם *dies eorum*. At ראשׁ retinet (׳) ob ך quiescens, ut ראשי, et cum affix. ראשיהם *capita eorum*, &c. Fortè pluralia illa veniunt ab inusitatis singularibus אנשׁ, ים, et ראשׁ.

## ARTICULUS VII.

*De mutatione sægol in prima, et in ultima syllaba.*

**S**ægol in prima non mutatur, nisi sequatur in secunda aliud sægol, aut pathach pro sægol, cum litera sonante



in fine, tuncque etiam sægol primæ remanet in regimine singulari, alibi mutatur in sceva simplex, et in compositum sub gutturali; quod quidem sceva, concurrente altero, transit in chirik, quandoque in pathach, maximè cum prima, vel secunda radicalis est gutturalis, vel ר, aut ultima ת, ut אֶשְׁכַּר *munus*, cum affix. אֶשְׁכַּרְךָ *munus tuum* &c. At quando sequitur hujusmodi (־), aut (־) pro (־) in ultima dictionis syllaba, quæ desinit in literam sonantem, vel נ; tunc (־) penultimæ remanet in solo regimine sing. Alibi mutatur in (:), quod, altero concurrente, transit in (׳), ut mox videvimus.

Sægol secundæ syllabæ, sequente litera sonante in fine, aut נ remanet tantum in regim. sing. alibi, hoc est, in sing. cum omnibus affix., in plur. constructo, et cum affix. constructis, mutatur in sceva: in plur. autem absoluto, et cum affix. absolutis, convertitur in kametz, ut בְּגָדוֹ *vestis ejus*, בְּגָדְכֶם *vestis vestra*, בְּגָדִים &c.

Cum prima, aut secunda radicalis gutturalis est, aut ר, vel ultima ת, pro chirik katon sub prima radicali scribitur pathach, ut חֶרֶב *gladius*, cum affix. חֶרְבוֹ *gladius ejus*, &c. קֶשֶׁת *arcus*, קֶשְׁתּוֹ *arcus ejus*, &c.

Hanc nominum formam imitantur sequentia, quamvis eorum prima, aut secunda radicalis non sit gutturalis, aut ר, vel ultima ת, ut גֶּפֶן *vinea*, affix. גֶּפְנִי *vinea ejus*, &c. Sic טַבַּח *corbis*, כֶּסֶף *argentum*, בַּלַּב *canis*, מֶלֶךְ *rex*, נַפֵּשׁ *anima*, סֶלַע *rupes* (cum pathach pro sægol) פֶּלֶג *rivus*, פּוֹלְגֵשׁ *concupina*, צֶלֶם *imago*, צֶמֶר *lana*, צֹלַע *costa*, קֶלַע *funda*, שׁוֹעַ *clamor*, שָׁלֵם *pacificum*, שֶׁמֶן *oleum*, et si quæ sunt alia.



## Excipiuntur

I. Nomina quædam, quæ licet habeant literam ך pro prima, vel secunda radicali, aut ה pro ultima, sequuntur tamen analogiam, hoc est, sumunt chirik katon sub prima radicali, seu mutant sægol primæ in chirik, ut פֶּרֶד *mulus*, cum affix. פֶּרְדוֹ *mulus ejus*; fem. פֶּרְדָּה *mula*, &c. Sic גֶּרֶשׁ *contusum*, מֵינִיקָה *nutrix*, פֶּרֶחַ *flos*, cum (־) pro (״), פֶּרֶץ *ruptura*, קֶרֶב *intimum*, פֶּרֶשׁ *finus*, רֶבַע *accubitus*, cum (־) pro (״), גֶּנֹז *genu*, רֶכֶב *currus*, רֶסֶן *frænum*, רֶשַׁע *improbitas*, cum (־) pro (״), רֶשֶׁת *rete*, &c. Et sic infinitivi verborum quiescentium Pe י, ut שָׂכַת *sedere*, לְשַׁבְּתָהּ *sessionis*, vel *habitationis tuæ*; sæpè enim infinitivi nominum naturam induunt.

Quando ultima dictionis litera est ה, in solo regimine sing. servatur istud ה, et (״) præcedens convertitur in (״), ut מִקְנֵה *possessio*, const. מִקְנֵה אֶזְאוֹן *possessio ovium*: sic עֹשֶׂה *factor*, נוֹה *habitaculum* &c. Alibi ה cum (״) præcedente planè excidit, ut מִקְנֵהוּ *possessio ejus*, ubi ה non ad nomen, sed ad affix. הוּ pertinet, מִקְנֵהוּ *possessio tua* &c. plur. absol. מִקְנֵי, const. מִקְנֵי, cum affix. מִקְנֵי מִרְאֵה *possessiones ejus*, מִקְנֵיהֶם *possessiones eorum* &c. Sic מִרְאֵה *aspectus*, מִשְׁנֵה *duplum*, שְׂדֵה *agrum* &c.

Nomen substantivum פֶּה *os, oris*, in regim. sing. et cum omnibus affix. mutat ה in י ex facili permutatione literarum אהוי, et (״) in chirik, ut פִּי יְהוָה *os Domini*, cum affix. פִּי *os ejus*, פִּיךָ *os tuum*, פִּיכֶם *os vestrum* &c. plur. פִּיִּם contract. pro פִּיִּים, et in forma fem. פִּיֹּת, et cum

(◌) pro (◌) פִּיֹּת *ora, acies*, de gladio.

שֶׁה *agnus*, in regim. sing. mutat (◌) in (◌), et retinet ה secundum superiorem doctrinam, ut שֶׁה בְּשָׂבִים *pecus ovium*. At cum affix. mutat ה in י, ut שֶׁהוּ *pecus ejus*, vel est a forma שֶׁהָהָה *superbus*, unde per synopen factum est שֶׁהָ.

רֵעֵה *socius, amicus*, in regimine singulari retinet (◌), ut 2. Reg. 15. v. 37. רֵעֵה דָּוִד *amicus David*: attamen vel est status absolutus pro constructo, vel error amanuensium.

At cum vox desinit in א, sægol, sive simplex, sive geminum, eodem modo mutatur, ac si vox desineret in literam sonantem, ut כְּלֵא *carcer*, cum affix. כְּלֵאוֹ *carcer ejus* &c. Sic חַטָּא, et (◌) mutato in (◌) חַטָּאוֹ *peccatum*, cum affix. חַטָּאוֹ *peccatum ejus*; plur. absol. חַטָּאִים *peccata*, cum affix. חַטָּאֵי *peccata mea* &c.

## ARTICULUS VIII.

*De mutatione pathach, et chirik, ut sunt vicaria sægol.*

**P**athach, sive unicum, sive geminum, pro sægol positum, eodem modo mutatur, ac ipsum sægol. Unicum, scilicet, זֶרַע *semen*, const. idem, cum affix. זֶרַעוֹ *semen ejus*; plur. absolut. זֶרַעִים *semina*, cum affix. absol. זֶרַעֵיוֹ *semina ejus* &c. plur. const. זֶרַעֵי, cum affix. const. זֶרַעֵיכֶם *semina vestra*. Sic geminum pathach, ut בְּעַל *dominus*, constr. idem, cum affix. בְּעַלוֹ *dominus ejus*, בְּעַלְךָ *dominus tuus* &c. plur. absol. בְּעַלִּים, cum affix. absol. בְּעַלָּיו *domini ejus* &c.



plur. const. **בְּעֲלֵיהֶם**, cum affix. const. **בְּעֲלֵיהֶם** *domini eorum*.  
 Cùm autem prima, vel secunda radicalis non est **ר**, pro  
 pathach, in quod mutatur prius sægol, sequente sceva,  
 ponitur chirik, ut **זְבַח** pro **זֶבַח** *sacrificium*, const. idem,  
 cum affix. **זְבַחוֹ** *sacrificium ejus*, **זְבַחְכֶם** *sacrificium vestrum*;  
 plur. absol. **זְבָחוֹם**, cum affix. absol. **זְבָחוֹי** *sacrificia ejus* &c.

In duali numero, cùm duplex sægol mutatur in du-  
 plex sceva, quorum prius ob concursum transit in chi-  
 rik, vel in pathach, maximè si prima, aut secunda ra-  
 dicalis daghesc recipiendi sit incapax, duplex pathach  
 remanet; si autem prima, vel secunda fuerit gutturalis,  
 pro pathach ponitur chateph pathach, ut **נְעָל** *calceus*,  
 dual. **נְעָלַיִם** *duo calcei*.

Chirik gadhol vicarium positum pro sægol in fine,  
 eodem modo remanet, aut mutatur, ac ipsum sægol, nem-  
 pè remanet in sing. constructo; in eodem verò singula-  
 ri cum omnibus affixis; et in plurali const. et cum affix.  
 const. mutatur in sceva, et quod præcedit sceva, si fue-  
 rit simplex, mutatur in chirik katon, quandoque in sæ-  
 gol: si fuerit compositum, ad simplicem motionem, ex  
 qua constat, revocatur. In plur. absol. et cum affix. ab-  
 sol. **י** istud mutatur in (**י**), ut **פְּרִי** *fructus*, construitur  
 idem, cum affix. **פְּרִיו** *fructus ejus*, &c. Sic **חָלִי** *morbus*,  
 const. idem, cum affix. **חָלָיו** *morbus ejus* &c., plur. absol.  
**חָלָיִם** *morbi*, cum affix. absol. **חָלָיֵינוּ** *morbi nostri*, constr.  
**חָלָיֵי**, cum affix. const. **חָלָיֵיהֶם** *morbi eorum* &c.

Cùm autem chirik gadhol in fine non est pro sægol,  
 aut cùm sequitur alia litera post illud chirik, tunc non

mutatur; sed in nominibus desinentibus in (י) purum, (י) movetur per daghesc forte ipsi impressum, ut עָנִי *pauper*, cum affix. עֲנִיָּהּ, et in pausa עֲנִיָּהּ *pauper tuus*; plur. const. עֲנִיִּי *pauperes*, cum affix. absol. עֲנִיָּיו *pauperes ejus* &c.

Quando post (י) sequitur litera, tunc illud remanet, ut עִיר *civitas*, cum affix. עִירָיו *civitas ejus* &c. In plural. numero mutari videtur in (י) in hoc nomine, sic עָרִים *civitates*, cum affix. עָרֵיו *civitates ejus* &c.; plur. constr. עָרֵי, cum affix. עָרֵיהֶם *civitates eorum* &c.

Quamvis pathach genuinum, seu quod pro (י) non ponitur, inter puncta mutabilia non numeretur, aliquando tamen mutationi subjicitur.

In penultima vocum, quæ desinunt in literam sonantem, et quarum penultima litera est (י) affectum chirik katon, pathach primæ literæ, et chirik katon secundæ contrahuntur in (י) sub prima dictionis litera, remanente (י) otioso, ut חַיִל *virtus, exercitus* &c. construitur חַיִל, cum omnibus affix. חַיִלוֹ *virtus ejus*, חַיִלְכֶם *virtus vestra* &c., plur. absol. חַיִלִּים, constr. חַיִלֵּי, cum omnibus affixis חַיִלְיוֹ *virtutes ejus*, חַיִלְיהֶם *virtutes eorum* &c. Sic זַיִת *oliva*, יַיִן *vinum*, לַיִל *nox*, עֵינַי *oculus*, צַיִד *venatio* &c.

In ultima verò syllaba vulgò remanet pathach, sed sequente daghesc forte, quod venit semper post motionem parvam, quam non sequitur sceva quiescens, aut accentus tonicus, ut מַחְמָד *desiderium*, plur. absol. מַחְמָדִים *desideria*, const. מַחְמָדַי, cum affix. מַחְמָדַי *desideria mea* &c. At in nominibus monosyllabis, aut disyllabis, quæ ex verbis secundam radicalem geminantibus deducuntur,



daghesc istud, ad secundam radicalem excidentem compensandam, imprimitur, ut גָּן a גָּנָן *hortus*, const. idem, cum omnibus affixis. גָּנִי *hortus meus* &c. Sic טַל *ros*, עַם *populus*, מֶדָּ מֶסֶדָּ *mensura*, *vestimentum*, מֶדָּו, et מֶדָּו *vestimentum ejus* &c.; quia in hujusmodi nominibus pathach sæpè convertitur in chirik katon.

Formam חַיִל imitatur בַּיִת in sing. numero cum omnibus affixis, ut בַּיְתוֹ *domus ejus*; at in plur. בֵּי afficitur kametz, cum daghesc forti in litera sequenti, ut בַּתַּיִם, similiter cum omnibus affixis, ut בַּתַּיְתֶּךָ *domus tua*. מַיִם *aqua*, habet in duali const. מַיִ, et geminato nomine, מַמַּי *aqua*.

Nomen בַּת *filia*, quamvis ex verbo quiescente Lamed הֵא deducatur, nempè בָּנָה, cum affix. in sing. numero mutat pathach in chirik katon, sequente daghesc, ad compensandam secundam radicalem נ: forma enim ejus integra esset בָּנַת, sublato נ cum sua motione בַּת, et mutato (·) in (-) בַּת (-), constr. idem, cum omnibus affix. בַּתּוֹ *filia ejus*, בַּתְּכֶם *filia vestra* &c.

Denique (-) ultimæ mutatur interdum in (:), ut דְּבַשׁ (:), const. idem, cum affix. דְּבַשִּׁי *mel meum* &c.

## ARTICULUS IX.

### *De Punctorum vocalium ob accentus mutatione.*

**I**n hujus capituli præliminariis dictum est, accentus in sententiis distinguere, seu pausam constituere, ex qua oritur punctorum variatio.

Athnach autem, et siluk vulgò producent (-), et (·) in (·).

Pathach, ut שָׁמַיִם *caelum*, cum siluk, pro שָׁמַיִם, sic עָתָה *nunc*, cum athnach pro עֵתָה.

Sægol penultimæ חֶסֶד *misericordia*, pro חֶסֶד.

Excipiuntur non pauca, quæ cum his accentibus (-) aut (◌) non mutant, ut וַיֹּאכַל *et comedit*, cum siluk, וַיֹּאכַל *idem*, sed fem. cum athnach &c.

Zakeph katon quandoque etiam mutat (-), et (◌) in (◌), ut אָכַל *comedit*, אֶרֶץ *terra* &c.

Segoltá, et Pasctá id sibi juris interdum etiam arrogant, ut אֶרֶץ *terra*, דָּגַר *collegit*.

In pausa sæpissimè ab ultima ad penultimam transit accentus, tuncque athnach, et siluk, ut plurimùm, reviah, et zakeph sæpè mutant (◌) quod invenitur ante affix. ה in (◌), ut קְדוּשָׁה *sanctitas tua* cum siluk; דְּבַרְךָ *verbum tuum* cum athnach; לַחֲמֶה *panis tuus* cum reviah, et לַחֲמֶה *idem* cum zakeph katon.

Cum voculis, seu propositionibus אַתְּ, אֹת, ב, ל, מ, et עַּפּ sæpè fit trajectio (◌), et (◌); tuncque masculinum genus a feminino solus sensus distinguit, ut לָךְ pro לְךָ *tibi*. Sic אִתְּךָ *tecum*, אִתְּךָ *te*, בְּךָ *in te*, מִמְּךָ *a te*, עִמְּךָ *tecum*.

#### De Makkaph.

Makkaph, quod inter ea, quæ mutationem causant, numeratur, virgula est transversa, quæ duas, vel tres dictiones, accentu tonico privatas, sic connectit, ut cum ultimæ dictionis accentu suavi, et venusta pronuntiatione coalescant. Junguntur autem per makkaph monosyllaba, aut bisyllaba inter se, et monosyllaba cum poly-



syllabis, aut disyllabis cum iisdem, sed rariùs; nunquam verba verbis, sicque duo, vel tria vocabula unicum efficiunt.

In hac autem vocum per makkaph conjunctione *cholem*, et *tsere* ultimæ, sequente post utramque illam motionem litera mobili, seu sonante, corripiuntur, primum quidem in (˘) chatuph, secundum in (˘), ut *הַקְּעוּלִים* *statutum æternum*, *גַּשׁ-הַלְּאֵה* *accede huc*, a vocibus *הַקְּ*, et *גַּשׁ*.

## ARTICULUS X.

*De mutatione punctorum ob ה locale, nominibus adjectum.*

**L**oco propositionum, motum, vel quietem exprimentium, Hebræi sæpiùs usurpant ה, præcedente (˘), et cum accentu vulgò in penultima. Illud autem ה eandem ferè punctorum mutationem inducit, ac affixa absoluta, aut ה paragogicum, hinc:

(˘) ultimæ retinetur, ut *הַמִּדְבָּר* cum ה articulo, *desertum*, cum alio ה locali *הַמִּדְבָּרָה* *in desertum*, *מִזְרָח* *oriens*, *מִזְרָחָה* *ad orientem*.

(˘) ultimæ remanet, maximè cum accentu pausante, ut *בְּאֵר* *puteus*, *בְּאֵרָה* *ad puteum*, *יַרְדֵּן* *Jordanis*, *יַרְדֵּנָה* *ad Jordanem*. Sine accentu pausante mutatur vulgò in (˘), ut *מִזְרָחָה* *ad orientem*, a forma inusitata *מִזְרָח*.

(˘) penultimæ, sequente (˘) in ultima cum litera sonante in fine remanet; (˘) verò mutatur in (˘), et accentus modò penultimam, modò ultimam occupat, ut *הָרֵשׁ*

*sylva*, הַרְשָׁה in *sylvam*, אֵרֶן *area*, אֵרֶנָּה in *aream*.

(-) penultimæ, sequente (י) affecto chirik katon, et voce in literam sonantem desinente, istud, inquam (-) remanet, nisi mutetur in (י) ob pausam; sed chirik katon mutatur in (י), ut מִצְרַיִם *Aegyptus*, מִצְרַיִמָּה, et in pausa מִצְרַיִמָּה in *Aegyptum*, בַּיִת *domus*, בַּיְתָּה, et in pausa בַּיְתָּה in *domum* &c.

Duplex (י) mutatur, ut cum affix. sic אֶרֶץ *terra* אֶרְצָה, et in pausa אֶרְצָה in *terram*, נֶגֶב *meridies*, נֶגְבָּה *versus meridiem*, חֲדָר *conclave*, חֲדָרָה in *conclave* &c.

Denique (י) ultimæ, maximè in pausa, et præcedente (י) remanet, ut שֵׁכֶם *Sichem*, שֵׁכֶמָה in *Sichem*, sic בָּבֶלְהָ in *Babylonem* &c. Et hæc de punctorum mutatione dicta sufficiant.

## CAPUT XIX.

### *De Thematis, seu Radicis investigatione.*

Cùm vocabularia Hebraïca voces omnes ordine alphabethico vulgò non exhibeant, sed tantùm radicales, seu primitivas, quibus derivatæ, ceu filia matribus, subiunguntur; ut tyrones propositæ cujuslibet dictionis thema, seu radicem investigare possint, adprimè teneant, necesse est: 1.º Literarum in radicales, et serviles divisionem, de qua in principio hujus operis: 2.º Nominum e masculino genere in femininum, et e singulari



in pluralem, ac dualem numerum mutationem: 3.<sup>o</sup> Verborum cùm perfectorum, tùm imperfectorum flexionem: 4.<sup>o</sup> denique Pronominum affixorum cum nominibus, verbis, et particulis conjunctionem, adedò ut, cùm in vocem aliquam inciderint, statim sciant, utrùm sit nomen, an verbum, an particula indeclinabilis Si nomen: utrùm singulare, plurale, vel duale, masculini, an feminini generis; absolutum, an in regimine, aut cum affixis compositum. Si verbum: perfectumne sit, an imperfectum; simplex, an cum affixis conjunctum; quæ sit ejus conjugatio, quod conjugationis tempus, quæ temporis persona, qui personæ numerus, et genus. Si denique particula: utrùm sola sit, an cum affixo copulata &c. Qui hisce præsiidiis destituti, ad thematis investigationem, accedunt, vix illud possunt deprehendere. Non mediocri tamen adjumento sunt, quæ sequuntur regulæ; sed antequam illas proponamus, non abs re fuerit, hîc repetere, quæ sint radicales literæ, quæ serviles.

Literæ radicales sunt  $\aleph \ beth \ gimel \ daleth \ he \ vav \ zayin \ kaph \ lamed$ , quæ retinentur, ac immutabiles perseverant, præter  $dalet$  et  $tet$ , quæ quidem in septima verborum conjugatione ponuntur loco  $he$ ; prima quidem in verbis a  $zayin$  incipientibus; secunda verò in verbis a  $dalet$  inchoatis, ut in ipsa septima conjugatione videre est.

Serviles sunt reliquæ, nimirum  $mem \ nun \ samech \ ayin \ pe \ tsade \ qof$ , quæ sic dictæ sunt, quòd nominum, et verborum generibus, et numeris; verborum item incrementis, seu personis, temporum, et conjugationum quarumdam cha-

racteribus; pronomini-  
bus affixis; particulis inseparabilibus &c. formandis inserviant. Interdum etiam in principio, medio, et fine dictionum adjiciuntur. Si in principio, prosthetica; si in medio, epenthetica; si in fine, paragogica appellatur. Serviunt autem initio ו, ל, & ב; initio, et in fine ב, et ט; initio, in medio, et in fine, א, ה, ו, י, נ, et ה. Sæpe etiam literæ serviles radicalium munere funguntur, vide regulam I. His præmissis, regulas illas exponamus, quarum ad faciliorem intelligentiam, et recordationem non parùm videntur conferre carmina, quibus illas comprehendere solent grammatici.

I. REGULA.

Serviles omnes removendæ sunt, et quæ supersunt literæ, radicem verbi, hoc est, dictionis exhibebunt, secundum illud distichon:

*Abjice serviles, et tres si fortè supersunt;*

*Radicem verbi, noveris, esse tui.*

Exemplum: וְהִתְפָּרְדוּ et dispersa sunt, amotis servilibus ה ו ת ab initio, et ו a fine, restant tres radicales פ ר ד, quæ revera vocis hujus radicem constituunt, videlicet: פָּרַד separavit, dispersit. Si ablatis servilibus, plures quàm tres literæ radicales supersint; tunc vox erit quadrilitera, aut quinilitera, ut רַפְסָדוֹת rates, unde, abjecta terminatione וֹת, restant quatuor literæ radicales רַפְסָד ratis. At cum serviles radicalium munere fungantur, ut diximus; abjectis aliis servilibus, quæ genera, numeros, in nominibus, præterea personas, tempora, et conjugationum qua-



rumdem characteres in verbis, denique pronomina affixa in utrisque, et particulis constituunt; quæ supererunt serviles, hîc radicales censebuntur, ut **וַיִּכְתְּבֵם** *et scribes eas*; sublata conjunctione **ו** ab initio, et **תָּם** incremento, et affixo a fine, remanebunt **כתב**, quæ licet natura sua sint serviles, ibi tamen radicalium partes agunt, efficiuntque thema, seu radicem **כתב** *scripsit*.

## II. REGULA.

Cùm detractis servilibus, duæ tantùm supersunt literæ, quarum prior notatur cum daghesc forti; tùm præponendum est vel **נ**, ut **יָגֵשׁ** *accedet*, amoto **י**, et in ejus locum suffecto **נ**, thema erit **נָגַשׁ** *accessit*. Vel **י**, sed rariùs, et in verbis defectivis **Pe י**, ut **הִצִּיב** *statuit*, posito **י** pro **ה**, fiet radix **יָצַב** *statuit*. Vel denique **ל** in duobus verbis **לָקַח** *accepit*, **לָתַע** *evulsit*, ut **יָקַח** *capiet*, **נִתְעַי** *evelluntur*. Cùm posteriori e duabus literis superstitionibus imprimitur daghesc hujusmodi, tunc geminanda est, ut **סָבְרוּ** *circumdederunt*, sublato **ו**, et geminato **ב**, fit radix **סָבַב** *circumdedit*. Si neutra afficiatur isto daghesc, **ו**, vel **י** in medio reponendum est, ut **קָמַתָּ** *surrexisti*, a **קָם** *surgere*, **בִּנְתָּ** *intellexisti*, a **בִּין**, vel **בִּין** *intelligere*. Vel litera **ה** postponenda, ut **גָּלוּ** *migrate*, a **גָּלָה** *migravit*. Daghesc autem, quod est in **ג**, **גָּלוּ** lene est, non forte. Si ante duas illas literas sit **ו**, istud ferè mutandum est in **י**, ut **נוֹשְׁבָה** *habitus*, **הוֹשֵׁב** *habitari*, **הוֹשִׁיב** *habitare fecit* &c. quorum omnium thema est, **יָשַׁב** *sedit*, *habitavit*. Si denique post eas sequatur (**י**) pro eo sæpiùs re-

ponendum est ה, ut גִּלְיִתִּי migrasti, a גָּלָה migravit. Quam doctrinam quatuor versus sequentes complectuntur.

*Si tantum remanere duas conspexeris, adde*

*Nun, vel Iod capiti; vel dato Vav medio.*

*Aut He postponas; aut conduplicato secundam;*

*Vera statim radix pullulat inde tibi.*

### III. REGULA.

Si denique una supersit litera; י, aut נ præponendum est, et ה in fine adjiciendum, ut בְּתוֹרָהוּ in lege ejus, amotis servilibus בְּתוֹ a principio, et הוּ a fine, sola remanet ר, cui si præponas י, et postponas ה erit radix יְרָה in *Hiphbil*, docuit, legem tulit. Sic יָבוּ percutient, sublato י, et ו, supererit tantum ב, huic præpone נ, et adjuge ה, habebis thema יָבַהּ percussit. Sic יָהּ percutiet pro יָבַהּ ab eodem themate יָבַהּ. Hæc sequentia docent carmina.

*Unica sed remanet mihi litera, quando removi*

*Serviles: Radix dic, age, qualis erit?*

*Nun da principio, vel Iod: superadde quiescens*

*He fini: Radix inde petita venit.*



## GRAMMATICA HEBRAÏCA.

## LIBER SECUNDUS.

## DE SYNTAXI.

**S**yntaxis est, *apta vocum in oratione conjunctio*. Dividitur in *simplicem*, et *figurata*. Simplex ea est, quæ ordinem a natura institutum sequitur, et ad loquendi rationem in linguis vulgaribus receptam, propiùs accedit. Figurata dicitur, quæ ab hoc usu communi recedit, ut peculiare structuræ rationes, et quosdam loquendi modos, aut breviores, aut elegantiores consecetur.

Vocum conjunctio fit, vel *convenientia*, vel *rectione*.

Convenientia, quando partes orationis in aliqua re inter se conveniunt; estque quadruplicis generis. 1.º Substantivi cum substantivo, ut *puella virgo*. 2.º Substantivi cum adjectivo, ut *Deus sanctus*. 3.º Relativi cum antecedente, ut *Deus, qui est*. 4.º Nominativi cum verbo, ut *ego amo*.

Rectione, cum vox vocem regit natura sua, vel vi alicujus præpositionis expressæ, vel subintellectæ.

In prima hujus libri parte Syntaxim, sive constructionem simplicem; in altera verò figuratam expendemus.

In iis autem tradendis, doctissimum Guarinum sequuti, singulis orationis partibus excussis, quidquid in earum qualibet linguæ sanctæ proprium est, distinctis canonibus, seu regulis breviter, annotabimus.

# PARS PRIMA.

## DE SYNTAXI SIMPLICI.

### CAPUT PRIMUM

#### DE ARTICULO.

**A**rticulus pars est orationis, quæ nominibus præfixa, eorum significationem speciali quadam ratione sæpè determinat. Nulla est ferè lingua, quæ suos non habeat articulos. Hos agnoscit Hebraïca ה, ל, את, מ, quamvis alium etiam usum obtineant, ut dictum est suprà; caret latina. His suppositis.

#### ARTICULUS UNICUS.

*De Hebræorum articulis, ac præsertim ה.*

**P**ræcipuus Hebræorum articulus est ה, cujus Syntaxis exponenda est, antequam proprietates ejus expendantur. ה itaque jungitur:

- 1.º Nominibus substantivis, ut המים *aqua*.
- 2.º Adjectivis, ut היקרים *pretiosi*. Cum substantivum, et adjectivum conjunguntur, nunc alterutri, nunc utrique præponitur, ut הַנֶּעַר הַזֶּה *puer iste*.
- 3.º Propriis locorum, et fluviorum, ut Mich. 6. v. 5.  
מִן הַשִּׁטִּים עַד הַגִּלְגַּל *a Sittim usque Gilgal*. Sic הַיַּרְדֵּן *Jordanis*.



4.° Nominibus Gentilitiis, ut העֶבְרִי *Hebraeus* &c. Quòd si nomen Gentilitium ex duabus vocibus componatur, quandoque divellitur, et ה̄ secundæ voci præfigitur, ut בֵּית הַאֱלֹהִים *Bethelites*, ex בֵּית, et אֱלֹהִים 1. Reg. 6. v. 14.

5.° Pronominibus tertiæ personæ; quæ tunc adjectivè sumuntur, ut יוֹם הַהוּא *die eo ipso*, ut apud Latinos: *ipse ille animus* &c. Quandoque etiam pronomina illa adjectivè sumuntur, quamvis ה̄ istud non præponatur, ut בַּלַּיְלָהּ הוּא *in nocte ipsa*, Genes. 30. v. 16. Idem articulus jungitur etiam cum pronomibus demonstrativis; Jerem. 26. v. 6..... אֶת-הַבַּיִת הַזֶּה וְאֶת-הָעִיר הַזֹּאת *domum hanc, et urbem hanc*.

At ה̄ istud non jungitur:

1.° Nomini proprio hominis; quia illud tamquam individui nomen, sui notitiam per se suo nomine exhibet, neque alio signo opus habet, ait Kimchi in *Micblol* fol. 54; quamvis enim inveniantur in Sacra Scriptura nomina quædam, quæ propria hominum videantur, cum articulo ה̄ juncta, illa potiùs nomina Gentilitia sunt, quàm virorum propria, sic *Arauneus, Manassiticus* &c.

2.° Nomini constructo; quia alterum substantivum prioris declaratio, et quasi notificatio est, unde altero signo, nempe ה̄ notificativo opus non habet, ut docet idem Kimchi. Sunt tamen quædam Scripturæ Sacræ loca, in quibus ה̄ istud nomini constructo præpositum est, ut Genes. 31. v. 13. *Ego sum הָאֱלֹהִים בֵּית-אֵל* *Deus Bethel* &c. In hoc ergo, et aliis similibus exemplis subintelligitur idem nomen substantivum, sed in forma cons-

tracta, et sine ה repetitum, v. g. *ego sum* אֵל בֵּית־אֵל אֵל אֵל  
*Deus, Deus inquam Bethél.* Quare ex his nominibus quæ-  
 dam habent formam absolutam pro constructa.

3.<sup>o</sup> Nomini cum affixis conjuncto; ipsum enim affi-  
 xum nominis notitiam indicat, unde redundabit ה no-  
 tificativum, ut scribit idem Kimchi. Interdum tamen ad  
 majorem notitiam, et emphasisim ה articulus hisce nomi-  
 nis præfigitur, ut Jos. 7. v. 21. הַתְּאֵהֶלֶי *tabernaculi mei* &c.

Jam dictum est pag. 38. loquendo de articulis, re-  
 gularem articuli ה motionem esse (־) cum daghesc in  
 sequenti litera; daghesc ergo istud ponitur ad compen-  
 sandum ׀ deperditum, quia articulus ה desumitur ex  
 adverbio demonstrativo הֵן *ecce*: ad majorem tamen ar-  
 ticuli ה, ejusque motionis declarationem, notanda sunt  
 sequentia.

Si litera, quæ sequitur post ה sit gutturalis, aut ר,  
 articulus ה notatur (־), ut הָאָדָם *homo*, הֶרְקִיעַ *expansum*.

Ante literas ה, ה, et ץ affectas (־), (modò vox non  
 sit monosyllaba) pro (־) sub ה reponitur (־) ad eupho-  
 niam, ne duo kametz immediatè se se consequantur sub  
 gutturalibus, ut הַחֶמֶן *copia*, הַחַרְשׁ *artifex*, הָעֶרְל *incircum-*  
*cisus*; quod interdum accidit ante (־), ut הַחַרְבוֹת *vastita-*  
*tes*. At ante monosyllaba articulus ה habet (־), ut הַחַר *-*  
*mons*, excipitur הַחַג *festum*, Ezech. 45. v. 23. Sic ante  
 disyllaba ab א inchoata הַאָרֶץ *terra*; attamen in nomine  
 אָרֶץ prius (־) semper mutatur in (־) cum ה articulo.

Ante ה, et ה, quamvis daghesc excidat, sæpissimè re-  
 tinetur (־) sub ה articulo, ut הַחֶבֶל *vanitas*, הַחֶרֶם *anathe-*



ma. Rariùs ante alias gutturales daghesc excidit sine compensatione.

Sæpissimè etiam ex litera, sceva affecta, tollitur daghesc ad euphoniã, nec compensatur per (י) sub ה, ut הלויים *Levite* &c. At si litera illa, sceva affecta, fuerit (י) ante gutturalem, ipsi infigitur daghesc, ut היהודים *Judei* &c. Excipiuntur duo, scilicet פועלים pro פועלים *sicut ulule*, et היאר *rivus*, cum suo plur. היארים *riwi*.

### CANON I.

Articulus ה apud Hebræos quandoque emphasis importat, unde vocatur ה הודיעה *He notificationis*, quòd nominis significatum notiùs reddat, et quasi ostendat. Dicitur etiam ה demonstrativum, et superlativum gradum nonnunquam exprimit.

Deut. 3. v. 25. *Transibo igitur, et videbo את הארץ הטובה*  
Vulg. *terram hanc optimam* &c.

Sæpè etiam ה istud emphasis non habet, sed ad solum orationis ornamentum adhibetur, ut Deut. 8. v. 3. *Ut cognoscere faceret te, quòd לא על-הלחם לבדו יחיה האדם*  
*non in pane solo vivet homo* &c.

### CANON II.

Præter expositam in canone præcedenti ה articuli potestatem, significat etiam, *qui, quæ, quod, o! an? num? numquid?* &c.

I.º *Qui, quæ, quod*, si addatur præterito, aut participio.

Præterito, ut 1. Esdr. 8. v. 25. *Apendique eis argentum, et aurum, et vasa* הַחֶרֶטִּים *quæ obtulerunt Rex, et consiliarii ejus &c.*

Participio, ut Psalm. Hebr. 146. v. 6. הַשֹּׁמֵר *qui custodit veritatem in sæculum &c.*

Rariùs ה istud, præpositioni præfixum, relativum exprimit.

2.º Particulam vocandi O! diciturque ab Hebrais הַהִקְרִיחַ *He exclamationis*, ut Deuter. 32. v. 1. *Audite* הַשָּׁמַיִם *o! cœli, quæ loquor &c.*

3.º Adverbium interrogandi *num? an? &c.* vocaturque הַשְּׂאֵלָה *He interrogationis*, ut Genes. 4. v. 9. הַשֹּׁמֵר *num custos fratris mei ego sum?*

In interrogationibus affirmativis ה istud negat, in negativis affirmat.

In affirmativis, ut 2. Reg. 7. v. 5. הֲאֵתָהּ *numquid tu edificabis mihi domum ad habitandum?* *cujus loco* 1. Paralip. 17. v. 4. *habetur:* לֹא אֵתָהּ *non tu edificabis &c.* Aliquando tamen affirmat, sed tunc est pro הֲלֵא *an non? nonne?*

In negativis, ut 1. Paral. 21. v. 17. הֲלֵא *nonne ego sum, qui jussi, ut numeraretur populus?* *hoc est, revera is ego sum &c.*

Nonnunquam deest interrogandi particula ה, ut Genes. 27. v. 24. הֲאֵתָהּ *tu es filius meus Esau?* *supple* הֲאֵתָהּ *num tu? &c.*

1. Reg. 11. v. 12. *Saul regnabit super nos?* *supple,* *num Saul &c.*



Job 2. v. 10. *Si bona suscepimus de manu Dei, mala*  
 לָא נִקְבֵּל *non suscipiemus?* supple הֲלֵא *an non?*

Cæteros quod attinet articulos, nempe ל, אה, et מ, ii a nullis nominibus excluduntur, neque ab ulla eorum forma; ubique enim conveniunt. Circa eorum tamen punctuationem notandum est, quòd quamquam communis articuli ל punctuatio sit sceva, ut pag. 38. dictum est, mutatur tamen sceva istud in chirik katon, quoties sequitur aliud sceva in litera immediatè seq., ut לְקַבֵּל *termino*, א קַבֵּל. Verùm si prima illa dictionis litera fuerit (י), ex sceva ipsi supposito, et ex altero literæ ל, fit chirik gadhol, ut לְיִהוּדָה pro לַיִהוּדָה *Judæ*.

Ante motionem compositam, ל afficitur motione simili ejus, quæ cum sceva componitur, ut אֲבוֹתַיִךְ *patres tui*, לְאֲבוֹתַיִךְ *patribus tuis*: אֲלוּל *mensis Augustus*, לְאֲלוּל *mensi Augusto*. At ante (י) habet (י) magnum, non (י) chathuph, quamvis illud analogia requirat, quia excluditur ה articulus, ut הַחֲדָשִׁים *menses*, הַחֲדָשִׁים *lachodascim, mensibus*. Loco (י) interdum etiam ibidem assumit (י) ad euphoniã: לְחֲרֻבוֹת *vastitatibus*.

Sæpè fit contractio, ut לְאֲדֹנָי pro לְאֲדֹנָי *Domino*, לְאֱלֹהִים pro לְאֱלֹהִים *Deo* &c.

Denique articulus ל sæpè excludit alterum artic. ה, cujus motionem assumit, ut לְחֹשֶׁךְ pro לְחֹשֶׁךְ *tenebris*: לְאֱלֹהִים pro לְאֱלֹהִים *Dii* &c.

De articulo אה nil peculiare dicendum est; sufficiunt enim, quæ loco cit. loquendo de articulis, dicta sunt.

Articulus מן vulgò usurpatur ante art. ה, ut מִן־הָאֲדָמָה

a b homine; cùm tollitur ך, compensatur per daghesc forte in litera seq.; si ista fuerit incapax illud recipiendi, loco chirik, ט notatur (״), ut מַעִיר ex civitate; sæpè tamen ante ה, ח, et ך nulla fit compensatio daghesc excidentis.

Ante (י) sceva affectum, fit crasis in chirik gadhol, sceva, et daghesc sublatis, ut יָמֵי dies, מֵימֵי a diebus. Interdum artic. מן additur י paragog., ut מֵימֵי a ventre; et cum (״) loco (׳) sub ג, instar nominum plur. constr.; ut מֵימֵי a via.

## CAPUT II.

### De Nomine.

**N**omen, quod Hebræis dicitur שֵׁם, dividi in *proprium*, et *appellativum*, diximus supra in lib. I. Cùm enim nomen vocetur sic; quia ex instituto hominum aliquid nominet, Hebræi veteres, nominum liberis imponendorum, certas causas habuere, quæ aliquando exprimuntur in scripturis, sæpè etiam omittuntur; in omissis non est, quòd nos torqueamus. In hoc ergo capite agemus 1.º de nomine *proprio*, 2.º de *appellativo*.

### ARTICULUS I.

#### De Nomine proprio.

**N**omen proprium illud esse, diximus, quod uni convenit, ut דָּוִד *David*, nunc verò de aliis, quæ ad ip-



sum spectant, in sequentibus canonibus sermonem faciemus.

## CANON I.

Nomina quædam propria, licet significatione singularia, formam tamen pluralem, aut dualem obtinent.

Pluralem, ut Genes. 25. v. 3. *Filii Dedan fuerunt אַשּׁוּרִים וְלֵטוּשִׁים וְלֵאמִיִּם Assurim, et Letusim, et Leummim*, quæ singulorum hominum, non populorum, ut volunt quidam Interpretes, nomina fuisse, constat, tum ex ipso textu, tum ex v. 6. ubi eos, vivo adhuc Abrahamo, donis instructos fuisse, narratur, quod in populos cadere non potest.

Ibid. c. 46. v. 23. *Filii Dan דְּחַשִׁים Vulgat. Husim &c.*

Huc pertinet nomen Dei אֱלֹהִים *Elohim*, quod plurale est, quamvis unius Dei veri nomen.

Dualem, ut Genes. 10. v. 6. *Filii autem Cham מִצְרַיִם Mitsraiim, Vulgat. Mesraim.*

Ibid. cap. 41. v. 52. אֶפְרַיִם *Ephraim*, filius Joseph.

Ose. 1. v. 3. דִּבְלַיִם *Diolaiim, Vulgat. Debelaim &c.*

## CANON II.

Multa nomina propria ex vocibus simplicibus, intercedente lineola *makkap*, vel sine ea, componuntur, ut Reg. 9. v. 1. בִּן-יָמִין *Binjamin*, ex בֶּן *filius*, et יָמִין *dextera*. Quam tamen vocem, monent Massorethæ, conjunctam legendam.

Sic מַלְכֵי-צְדָק *Malchizedeck, Rex justitie*, ex מֶלֶךְ *Rex*, cum <sup>1</sup>paragogico, et צְדָק *justitia &c.*

In nominibus propriis locorum frequens est hæc compositio, ut Genes. 28. v. 19. בֵּית־אֵל cum makkaph, et sine illo בֵּית אֵל Bethel, id est, *domus Dei*. 1. Reg. 13. v. 18. בֵּית חֶרְוֹן Beth choron, id est, *domus ætus*, sive *ira*. Mich. 5. v. 1. בֵּית־לֶחֶם Beth-lechem, id est, *domus panis* &c.

## CANON III.

Nomen proprium civitatis, aliquando pro agro, sive tractu circumjacente, usurpatur, ut Josue 14. v. 14. *Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Jephone Cenezæo in possessionem*, hoc est, ager Hebronis, ut liquet ex cap. 21. vv. 11. 12.

Ibidem, cap. 24. v. 1. *congregavitque Josue omnes Tribus Israël in Sichem*, id est, in agrum Sicheimiticum, sive in Silo, ubi tunc erat tabernaculum Dei; sequitur enim: *Statueruntque in conspectu Domini*: ibid. v. 32. *Ossa quoque Joseph... sepelierunt in Sichem*, hoc est, in parte agri Sicheimitici &c.

## ARTICULUS II.

*De Nomine appellativo.*

**N**omen appellativum dividi in *substantivum*, et *adjectivum*, diximus suprâ. Sunt etiam, qui illud tribuant in *abstractum*, et *concretum*; Latinis enim substantivum, et abstractum nonnihil differunt, sicuti adjectivum, et concretum: nam neque omne substantivum est abstractum, neque omne concretum est adjectivum; licet omne



abstractum sit substantivum, et omne adjectivum concretum. Latiùs igitur patet substantivum, quàm abstractum, et concretum, quàm adjectivum.

Nomen, sive substantivum, sive abstractum, Hebræi vocant שם הדבר *nomen rei*, qua voce non solùm intelligunt substantiam rei, aut personæ; verùm etiam accidens, relationem, privationem &c.

Nomen, sive adjectivum, sive concretum appellant שם התאר *nomen formæ*, quod qualitatem quampiam, subiecto alicui inhærentem habitu, vel potentiâ significat, ut *justus, sapiens, medicus, grammaticus* &c. In eo autem nomen istud differt a participio, quòd participium actum significat, ut גונב *furans*, seu qui actu furatur; גנב verò nomen *Tóar* habitum, vel potentiam furandi habentem, seu furem exprimit. Sæpè tamen participia nominum *Tóar*, seu *formæ* naturam induunt, ut גאל *redemptor*, רפא *medicus* &c. quæ sunt participia benoni verborum גאל *redemit*, רפא *sanavit*.

#### CANON I.

Adjectivum, seu concretum, pro substantivo, seu abstracto interdùm ponitur.

Gen. 21. v. 16. כַּמְטוּחַי קָשֶׁת *sicut jaculantes arcu*, Vulg. *quantum potest arcus jacere*, Septuag., *quasi arcus jactum*.

Numer. 24. v. 20. עַדֵי אֲבָר *usque ad pereuntem*, hoc est, perditionem &c.

#### CANON II.

Substantivum cum substantivo ejusdem rei, in eo

dem genere, numero, et casu convenit; quam constructionem Latini appositionem vocant.

Deuter. 22. v. 28. נַעֲרָה בְּתוּלָה *puella virgo*.

2. Reg. 14. v. 25. אִשָּׁה אֶלְמָנָה *mulier vidua*: Genes. 13. v. 8. אָנָשִׁים אַחִים *viri fratres*.

Loco appositionis interdum status regiminis ponitur, ut Genes. 15. vers. 18. נְהַר־פָּרָת *fluvius Euphratis*, pro נְהַר פָּרָת *fluvius Euphrates*: Amos 5. v. 2. בְּתוּלַת יִשְׂרָאֵל *Virgo Israël*, id est, Populus Israëliticus.

## CANON III.

Idem substantivum, eodem casu, et numero, sæpiùs in Scriptura Sacra repetitur, idque

1.º Ad emphasim, et evidentiam, vel etiam continuationem designandam, ut Deut. 2. v. 27. בְּדֶרֶךְ בְּדֶרֶךְ *in eadem via, in eadem via procedam*, hoc est, continuo eadem via procedam, non declinabo ad dexteram, vel sinistram: Vulgat. *publica gradiemur via, non declinabimus*.

Ibid. cap. 16. v. 20. צַדִּיק צַדִּיק *justitiam justitiam sectaberis*, id est, indesinenter, et constanter justitiam sectaberis: Vulgat. *justè, quod justum est, persequeris &c.*

Si ter fiat illa repetitio, major adhuc orationis vis, ac evidentia designatur, ut Jerem. 7. v. 4. *Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini*, hoc est, unicum, et charissimum Domini Templum, in quo habitat, et in quo nos maximè confidimus.

Cap. 22. v. 29. *Terra, terra, terra audi sermonem*



*Domini*, id est, o terra, omnium terrarum præstantissima &c.

2.º Ad multitudinem significandam; quod plerumque in repetitione substantivorum pluralium fit, ut Genes. 14. v. 10. *Vallis autem Siddim* (Vulgat. Sylvestris) *erat putei putei bituminis*, id est, habebat puteos multos bituminis, ut optimè interpretatur Vulgatus.

Exod. 8. v. 14. *Et colligebant eas* (ranas) *acervos, acervos* hoc est, acervatim, seu ut Vulgat. *in immensos aggeres* &c.

3.º Ad distributionem indicandam, ut Genes. 32. v. 16. *Et dedit* (Jacob) *in manu servorum suorum gregem gregem seorsim*, hoc est, *singulos seorsim greges*. Vulg. Numer. 5. v. 12. *Vir vir, cum declinaverit uxor ejus*, hoc est, cujuscumque viri uxor declinaverit &c.

Eadem ferè ratio est adjectivorum numeralium, quæ, si geminentur, distributiva sunt, ut Gen. 7. v. 9. *Duo duo ingressa sunt animalia munda*, id est, bina, vide v. 2.

4.º Ad diversitatem, et varietatem innuendam; quod fit, si copula et interponatur; etsi exempla quædam ostendant, distributionem indicari, etiam dum copula illa interjicitur, Deuter. 25. v. 13. *Non erit tibi in loculo tuo pondus, et pondus*, hoc est, diversa pondera, ut ibidem exponitur.

Psal. 11. Hebr. 12. v. 3. *In corde, et corde loquantur*, id est, duplici corde.

Psal. Hebr. 87. v. 5. *Homo, et homo natus est in ea*, hoc est, diversi, et quamplurimi homines &c.

## ARTICULUS III.

*De Nomine adjectivo.*

**N**omen adjectivum in lingua Hebraïca, sicut et in Latina, cum suo substantivo in eodem genere, numero, et casu concordat; ac ut plurimum post substantivum ponitur; prius est enim subjectum, quàm ei accidens, vel adjunctum, ut Prov. 15. v. 14. לֵב נָכוֹן *cor sapiens quaerit doctrinam*, cap. 19. v. 4. רַעִים רַבִּים *divitiae addunt amicos plurimos*. Sic participia, et pronomina adjectivè nominibus substantivis addita, Gen. 6. v. 4. בְּיָמֵי הָהֵם *in diebus illis*: Prov. 28. v. 7. בֶּן מֵבִין *filius intelligens* &c.

Sæpè tamen adjectivum præcedit, et sequitur substantivum. Psalm. Hebr. 89. v. 51. רַבִּים עַמִּים *multi populi*, Hab. 2. v. 6. עֵב טֵיט *densum lutum* &c. Cùmque adjectivum ita præcedit, sæpè est ellipsis verbì substantivi intercedentis: Psalm. Hebr. 33. v. 4. יְשֵׁר דְבַר יְהוָה *rectum (est) verbum Domini*, Eccles. 7. v. 12. טוֹבָה הִכְמָה *bona (est) sapientia cum hereditate* &c. De constructione adjectivorum numeralium infrà.

Circa nomen adjectivum hæc in specie notanda sunt. I. Ejus *constitutio*, seu quomodo singulari idiotismo exprimitur; neque enim in sua forma semper venit. II. Ejus *ellipsis*, sive defectus. III. Ejus *enallage*, seu permutatio.

Primum quod attinet, exprimitur adjectivum: 1.º Per duo substantiva, quorum alterum loco adjectivi est. 2.º Per abstractum, pro concreto positum. 3.º Per duo



nomina, quorum alterum altero regitur, et rectum adjectivi munere fungitur. 4.º Per substantivum, cum præpositione compositum. 5.º Per adverbium. De quibus omnibus in sequentibus canonibus agendum.

*Adjectivi constitutio.*

CANON I.

Duo nomina substantiva, vel synonyma, vel disparatæ significationis junguntur, et eorum alterum vicem adjectivi cum emphasi sustinet.

Hæc loquendi forma appellatur vulgò *Hendiadys*, hoc est, unum per duo, quando scilicet una res per duo, vel synonymæ, vel disparatæ significationis vocabula exprimitur, ut Gen. 1. v. 26. *ad imaginem, et similitudinem*, hoc est, imaginem simillimam.

Job 4. v. 16. וְקוֹל יְמִימָה וְקוֹל יְמִימָה *silentium, et vocem audiui*, hoc est, tacitam, et submissam vocem, Vulgat. *vocem quasi auræ lenis*.

Jerem. 22. v. 3. *facite משפט וצדקה iudicium, et iustitiam*, id est, iudicium justum &c.

In profanis scriptoribus, Lucan. *Chalybem, franosque momordit*, hoc est, franos Chalybeos.

CANON II.

Sæpius abstractum pro concreto, sive substantivum pro adjectivo, cum insigni emphasi, et energia ponitur.

Gen. 46. v. 34. הַיְעִיבֶתָּה *abominatio Egyptiorum (est)* *omnis pastor pecoris*, hoc est, summè abominabilis, Vul-

gat. quia detestantur Ægyptii omnes pastores ovium, eo quòd mactabant, et comedebant pecora, quæ colebantur ab Ægyptiis: vel quia pastores in Ægyptios olim rebellarant.

Psalm. 5. v. 10. cor meum יהוה perversitates, hoc est, perversum maximè, ac pravum est.

## CANON III.

Ex duobus substantivis, quorum alterum altero regitur, modò prius, modò posterius, loco adjectivi ponitur; quandoque etiam utrumvis pro adjectivo commodè potest accipi.

I. Prius substantivum loco adjectivi est, Gen. 17. v. 5. patrem הַמֵּוֹת multitudinis gentium constitui te, hoc est, multarum, uti Rom. 4. v. 17. exponitur.

Ibid. cap. 45. v. 22. הַלְּפִיּוֹת mutationes vestium, hoc est, vestes mutatorix, Vulgat. *bina stolla*.

Psalm. 1. v. 1. beatitudines viri, id est, beatus vir. Aliis tamen אֲשֶׁרֵי est potius adverbium *beatè*, quàm substantivum *beatitudines* &c.

II. Posterius substantivum loco adjectivi est, cum in singulari, tum in plurali numero.

In singulari, ut Exod. 15. v. 3. אִישׁ מִלְחָמָה *vir belli*, seu *pugna*, hoc est, bellicosus, puginator.

Psalm. Heb. 31. v. 3. *petra fortitudinis, domusmunitionum*, hoc est, *petra fortis, domus munita* &c.

In plurali Jud. 7. v. 13. *panis hordeorum*, hoc est, *hordeaceus*.



III. Utrumvis substantivum pro adjectivo commodè sumi potest, ut Psalm. Hebr. 145. הַדָּר כְּבוֹד הַיְהוָה *gloriam honoris magnificentia tua eloquar* (o Deus), hoc est, vel gloriosum honorem, et magnificentiam, vel gloriam honorificam, et magnificam.

Hùc pertinet illud Matth. 24. v. 15. *Abominatio desolationis*, hoc est, abominabilis desolatio, vel uti Dan. 12. v. 11. אַבְדָּן שְׂמֵי שָׁמַיִם *abominatio desolans* &c.

#### CANON IV.

Adjectivum eleganter exprimitur, per substantivum cum aliqua ex his præpositionibus כ, ל, מ, vel כֵּן conjunctum.

I. Cum כ *in*, ut Exod. 32. v. 22. *Tu nosti populum istum, quòd בָּרַע in malo est*, hoc est, malus, Vulgat. *proclivis ad malum*.

II. Cum ל *ad*, vel *in*, ut Isai. 4. v. 2. *In illa die erit germen Domini* (Messias Christus Salvator) לְצִבְיָהּ וּלְכְבוֹד *in magnificentiam, et gloriam*, hoc est, magnificum, et gloriosum.

III. Cum מ, vel כֵּן *a, ab, de, ex*, ut Ps. Hebr. 16. v. 4. D. Hieron. *Non libabo libamina eorum* מִדַּם *de sanguine*, id est, sanguinea, vel cruenta.

Psalm. Hebr. 80. v. 14. *exterminavit eam* (vineam) אֶפְרַיִם *aper de sylva*, id est, sylvestris.

Præpositio separata *cum* adjectivi etiã periphrasi inservit, ut Psalm. Hebr. 89. v. 14. *tuum brachium* (est) אֶתְּ *cum potentia*, hoc est, potens est &c.

## CANON V.

Adverbium, substantivo additum, adjectivi significationem non rarò induit.

I. Reg. 25. v. 31. . . . *quòd effuderis sanguinem* דָּמָם *innoxiè*, hoc est, *innoxium*.

Gen. 30. v. 33. יוֹם מָחָר *dies cras*, id est, *crastinus* &c.

*Adjectivi ellipsis.*

## CANON I.

Quandoque adjectivum deest, sed commodè supplendum.

Genes. 18. v. 11. *Venerunt* (Abraham, et Sara) בַּיָּמִים *in dies*, supple רַבִּים *multos*, Vulgat. *provectæ erant ætatis*.

Cap. 36. v. 6. *Et abiit* (Esaü) *ad terram*, scilicet, *aliam*, quod supplet Chald. Sic Vulgat. *ad alteram regionem*.

## CANON II.

Quandoque e contrario adjectivum tantùm exprimitur, substantivo commodè subintellecto.

Genes. 25. v. 30. *Da mihi de rufo, rufo isto*, supple *edulio*, Vulgat. *de coctione ista rufa*.

2. Reg. 8. v. 4. *Et cepit David ex ipsis mille*, supple *currus*, *et septingentos equites*, quæ ellipsis 1. Paralip. cap. 18. v. 4. completur.



*Adjectivi, quòd attinet constructionem, enallage.*

CANON I.

Substantivo plurali adjectivum singulare quandoque jungitur, quo distributio, seu partitio denotatur.

Psalm. Hebr. 119. vers. 137. *Iustus es Domine* מִשְׁפָּטֶיךָ וְיִשְׁרָר מִשְׁפָּטֶיךָ *et rectum est iudicia tua, hoc est, quodcumque iudiciorum tuorum.*

Hùc pertinet nomen רֹעֵה Gen. 47. v. 3. רֹעֵה *pastor ovium servi tui sunt, pro pastores, hoc est, servorum tuorum quilibet pastor est ovium.*

Sic apud profanos Varro, *præsente legatis omnibus.* Pomponius, *præsente amicis, id est, præsente unoquoque amicorum &c.*

CANON II.

Duobus substantivis pluralibus diversi generis subicitur adjectivum in genere masculino, tanquam digniori.

Deut. 28. v. 32. בְּנֵיךָ וּבָנוֹתֶיךָ נִתְּנִים *fili tui, et filia tua traditi (erunt) populo alteri.*

CANON III.

Quandoque duobus, vel pluribus substantivis adjectivum jungitur, quod cum propiore tantum convenit.

Jerem. 7. v. 20. אֲפִי וְחַמְתִּי נִתְּבָה *furor meus, et indignatio mea fusa est, Vulgat. conflat. Adjectivum convenit cum חַמְתִּי fem. quamvis præcesserit אֲפִי masc.*

## CANON IV.

Quandoque duobus substantivis subjicitur adjectivum conveniens posteriori, cum convenire deberet priori.

Gen. 4. v. 10. וְקוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים *vox sanguinum fratris tui clamantium ad me est*, hoc est, clamans est, Vulgat. *clamat*.

## CANON V.

Duobus, vel pluribus substantivis singularibus, sive unius, sive diversi sint generis, jungitur adjectivum plurale genere masculino.

Gen. 18. v. 11. וְאַבְרָהָם וְשָׂרָה זְקֵנִים *et Abrabam, et Sara senes erant*.

## ARTICULUS IV.

*De adjectivi comparatione, seu de comparativo gradu.*

**H**ebraei pro comparandi gradu exprimendo, adjectiva non inflectunt, sicuti Graeci, et Latini; sed praepositione כִּן, vel כִּי *prae* utuntur, quam praeponunt positivo, ut in Sacra Scriptura frequenter videtur.

Eccles. 4. v. 9. כִּי-הָאָחֵד טוֹבִים הַשְּׁנַיִם מִן-הָאֶחָד *boni sunt duo pra uno*, id est, meliores.

Isai. 54. v. 1. *Multi sunt filii desertæ* כִּיבְנֵי *prae filiis maritatae*, Vulgat. *ejus quæ habet virum*, hoc est, plures sunt filii desertæ, filiis maritatae &c.

Rabbini in his loquutionibus usurpant etiam particulam יוֹתֵר *magis*, servata praepositione כִּי, vel כִּן, quæ per



quàm explicatur, ut מְחֻכְמָה יִתֵּר תּוֹרָה גְדוּלָּהּ magna est lex magis præ sapientia, hoc est, quàm sapientia.

## ARTICULUS V.

### De superlativo gradu.

**S**uperlativum gradum terminatione cùm non habeant Hebræi, illum circumscribendo exprimunt, cùm in genere, tùm in specie.

In genere enim efferunt superlativum.

I. Per continuam objecti repetitionem, ut Gen. 25. v. 30. *Da mihi מִן הָאָדָם הָאָדָם מִן הָאָדָם de rufo, rufo isto, supple מִן הָאָדָם edulio, hoc est, da mihi de edulio isto valdè rufo.*

1. Reg. 2. v. 3. *Ne loquamini גְּבוּהָהּ גְּבוּהָהּ elatum elatum, id est, elatissimè, superbissimè.*

Prov. 20. v. 14. *רָע רָע רָע malum, malum est, ait emptor, hoc est, pessimum.*

Adjectivo tamen repetito, superlativus semper non exprimitur, ut Num. 3. v. 9. *Et dabis Levitas Aaroni, ac filiis ejus, נתונים נתונים donati, donati sunt ei, et filiis ejus, hoc est, certissimè donati sunt; hac enim repetitione non superlativus gradus, sed certa donatio significatur.*

II. Per substantivum in genitivo casu seipsum regens, ut Gen. 9. v. 25. *Chanaan erit עֶבֶד עֶבֶד servus servorum, hoc est, vilissima servitute pressus, et fratribus suis addictus. Sic summi Pontifices suis in diplomatis vocant se servos servorum Dei, id est, servos humillimos.*

Deut. 10. v. 17. *Deus Deorum, et Dominus Dominantium*, hoc est, supremus omnium Deus, et Dominus &c.

Superlativum gradum exprimunt etiam duo substantiva synonyma per copulam ו conjuncta, ut Ezech. 35. v. 3. *שָׁמֹמָה וְשָׁמֹמָה desolationem, et desolationem*, hoc est, desolatissimam. Vide etiam v. 7.

III. Per adjectivum regens ablativum cum præpositione ב in, ut Jos. 14. v. 15. *Nomen Hebron ante vocabatur Cariat Arbe* (id est, urbs Arbe, qui) *homo magnus fuit בענקים in, vel inter Anakæos*, Vulgat. *Enacim*, id est, maximus Anakæorum.

Cant. 1. v. 8. *Pulchra in mulieribus*, hoc est, mulierum pulcherrima, Vulgat. *pulcherrima inter mulieres*.

Et sine præpositione, substantivoque in genitivo casu, per adjectivum recto, ut 4. Reg. 10. v. 6. *גְּדֹלְיָהוּ הָעִיר magni urbis*, id est, *optimates*, Vulgat.

2. Paralip. 21. v. 17. *קָטָן בְּנֵי קָטָן parvulus filiorum*, id est, *minimus natu*, Vulgat.

Eundem sensum efficit affixum, cum adjectivo junctum, ut Jon. 3. v. 5. *מִגְדֹּלָם a magno eorum*, id est, a maximo, Vulgat. *a majore eorum וְעַד־קָטָנָם, et ad parvum eorum*, hoc est, minimum, Vulgat. *minorem*.

IV. Quandoque, per nomen abstractum pro concreto, seu adjectivo, positum, ut Gen. 3. v. 6. *Viditque mulier, quòd bonum esset lignum (arbor) ad vescendum, et quòd תַּאֲוָה desiderium oculis*, id est, desideratissimum.

Gen. 12. v. 2. *erisque בְּרַבָּה benedictio*, id est, benedictissimus &c.



V. Per adverbium intendendi מאד valdè, adjectivo adpositum, ut Gen. 1. v. ult. *Viditque Deus cuncta, quæ fecerat, et erant מאד valdè bona*, id est, optima.

Quòd si adverbium istud repetatur, auget emphasim, ut Num. 14. v. 7. *Bona est terra מאד מאד valdè valdè*, hoc est, perquàm optima.

VI. Per syllabæ, vel literæ in substantivo repetitionem, quæ ad intendendam significationem, rei que duplicationem facit, ut scribit Kimchi in Ose. 8. v. 7.

Exod. 15. v. 16. אִימָתָה maximus terror, ab אִימָה terror, cujus ultima litera ה mutatur in ת, et præterea additur aliud ה nota femin. gen. sic יְשׁוּעָתָה maxima salus, Psalm. 3. v. 3. a יְשׁוּעָה salus; עֲזָרָתָה omnimodum auxilium, Psalm. Heb. 44. v. 27. ab עֲזָרָה auxilium; צָרָתָה maxima angustia, Psalm. Heb. 120. v. 1. &c.

In alia forma, geminatis nempe radicalibus, ut חִלְחִלָה dolor maximus, Nehem. 2. v. 10. a חָוַל dolere, פָּקַח קוֹחַ omnimoda apertio, Isai. 61. v. 1. ubi scribitur, ut duæ voces, sed unica est, constans ex geminatis duabus ultimis literis radicalibus, a פָּקַח aperuit &c.

In adjectivis. Jerem. 46. v. 20. יַפְּה־פִּיָּה pulcherrima, a יַפְּה pulcher. Quod nomen, inquit Kimchi, scribitur, ut due dictiones, significatio autem unius est, et secunda, ac tertia radicalis geminatae sunt, ad summam pulchritudinem indicandam.

In verbis, ut Psalm. Hebr. 45. v. 3. יַפְּי־פִּיָּת pulcherrimus effectus fuisti, vel pulchruisti præ filiis hominum, ex Puhál verbi יַפְּה pulcher fuit. Sic Thren. 1. v. 20. Visce-

*ra mea* חֲמַרְמָרוּ maximè turbata sunt, ab חֲמַר turbari, in Puhál. Eadem regulam statuit Aben-Esra, Psalm. Heb. 46. Cùm, inquit, prima, et secunda thematis geminatur, hoc fit ad auxesin significationis; cùm secunda, et tertia, hoc fit ad diminutionem significationis.

In specie efferunt superlativum.

I. בְּכוֹר primogenitus, quo nomine in scripturis vocatur, quòd in suo genere excellit, et summum est. Metaphora autem desumitur ex nobilitate, et præstantia juris primogenitorum; eaque vox tam in bonum, quàm in malum usurpatur, ut

Psalm. Hebr. 89. v. 28. Ego בְּכוֹר primogenitum ponam illum (Christum), excelsum in regibus terræ, hoc est, mirum in modum exaltabo illum, et glorificabo in regibus, vel inter reges terræ.

Job 18. v. 13. Comedat ramos ejus (impii) בְּכוֹר מוֹת primogenitus mortis, id est, mors cruentissima, Vulgat. consumat brachia ejus primogenita mors.

Ezech. 47. v. 12. Per singulos menses יִבְכֵר primogenitabit (arbor pomifera), hoc est, fructus præstantissimos afferet.

II. חֵלֶב adeps, sive medulla, quæ pro optimo cujusque rei ponitur, ut

Gen. 45. v. 18. Ut comedatis אֶת־חֵלֶב הָאָרֶץ adipem, Vulgat. medullam terræ, hoc est, fructus terræ selectissimos. Ubi simul causæ efficientis metonymia est; neque enim pinguedinem terræ, sed fructus optimos, quos illa producit, comedunt homines.



III. Nomina Dei אֱלֹהִים, יְהוָה, quibus, quod est excellentissimum, aut maximum, et vehementissimum significatur, superlativo gradui exprimendo serviunt; *rem enim, quam vult* (Scriptura Sacra) *magnificare, eam jungit Deo*, scribit Kimchi in 1. Reg. cap. 26. Idem in Psalm. Heb. 65. *Vox Elobim est cogonmen rei maxima.*

Gen. 23. v. 6. נְשִׂיא אֱלֹהִים princeps Dei est apud nos, hoc est, princeps maximus.

Gen. 35. v. 5. חַזַּת אֱלֹהִים terror Dei, id est, maximus.

1. Reg. c. 6. v. 12. תְּרִדְמַת יְהוָה sopor Domini, id est, gravissimus.

Psalm. Heb. 36. v. 7. הַרְרֵי אֵל montes Dei, hoc est, maximi.

Huc etiam pertinent: 1.° Vocabula, quæ cum Dei nomine componuntur, ut

Jerem. 2. v. 31. Terra מְאֻפְלִיָּה caliginis Domini, hoc est, maximæ, ex מְאֻפֵּל caligo, et יְהוָה Dominus.

2.° Quando nomen Divinum cum præfixo componitur, ut

Ruth. 2. v. 20. Benedictus sit ille לַיהוָה Domino, hoc est, omnibus modis benedictus.

Isai. 28. v. 2. validus, et fortis לְאֹרֵי Domino, id est, validissimus, et fortissimus, Vulgat. *validus, et fortis Dominus*, ל, ut prostheticum accepit.

## ARTICULUS VI.

## De Nominum Hebraeorum genere.

## MONOCANON.

**I**n nominibus, et pronomibus pro neutro genere, quo caret lingua Sancta, Hebræi tùm masculino, tùm feminino utuntur.

Masculino pro neutro genere posito.

Gen. 2. v. 18. לֹא טוֹב non (est) bonus, hominem esse solum, hoc est, non est bonum, Vulgat.

Psalm. Heb. 119. v. 65. טוֹב bonum fecisti cum seruo tuo, Vulgat. bonitatem.

In pronomibus, Eccles. 9. v. 9. Fruere vita cum uxore, quam diligis . . . . quia הִיא hoc ipsum (est) pars tua in hac vita &c.

Feminino pro neutro eodem usurpato.

Gen. 50. v. 20. Vos cogitastis de me רָעָה malam, hoc est, malum; sed Deus cogitavit illud in bonum, id est, bonum, Vulgat. vertit illud.

In pronomibus tàm separatis, quàm affixis, Gen. 15. v. 6. Credidit Abraham Deo, וַיַּחְשְׁבֶהָ et reputavit illam ei (Deus) in justitiam, hoc est, reputavit illud, Vulgat. reputatum est illi ad justitiam.

Gen. 43. v. 31. Non possunt Aegyptii comedere cum Hebræis, quia abominatio הִיא illa est, hoc est, illud est.

Psalm. Heb. 118. v. 23. A Domino הִיְתָה הַיְתָה facta est



ista; הִיא נִפְלְאָה *hæc mirabilis est.* D. Hieron. *A Domino factum est istud, et hoc est mirabile in oculis nostris &c.*

## ARTICULUS VII.

## De Nominum Hebræorum numero.

## CANON I.

**I**nterdum singularis numerus pro plurali, ad collectam multitudinem, vel etiam speciem exprimendam, adhibetur.

Gen. 3. v. 8. *Abscondit se Adam, et uxor ejus . . . in medio עץ ligni, seu arboris paradisi, hoc est, lignorum, seu arborum.*

Levit. 11. v. 2. *Hæc est הַחַיָּה bestia, quam comedetis, Vulgat. hæc sunt animalia &c.*

## CANON II.

Vice versa, pluralis numerus pro singulari quandoque ponitur, ad denotandam magnitudinem, et excellentiam.

Gen. 19. v. 11. *Et eos, qui foris erant, percusserunt (Angeli) בַּסַּנְרִים in cœcitatibus, id est, summa, ac densissima cœcitate. Vide 4. Reg. 6. v. 18. ubi vox eadem in plurali numero usurpatur.*

Prov. 1. v. 20. חֵכְמוֹת *sapientia, id est, summa, et eximia sapientia, nempe, Christus.*

## CANON III.

Nomina Domini אֱלֹהִים, בָּעַל, אֲדֹנָי, sive ad dignitatem personæ dominantis exprimendum, sive ex solo Linguae sanctæ usu, plurali numero, pro singulari sæpius efferuntur.

Genes. 1. v. 1. *In principio בָּרָא אֱלֹהִים creavit Dii,* hoc est, אֱלֹהִים Deus.

Gen. 24. v. 9. *Posuit ergo servus manum suam sub femore Abraham אֲדֹנָי Dominorum suorum,* hoc est, Domini sui: et sic sæpius in scripturis.

## CANON IV.

Pluralis numerus pro uno aliquo non definito, seu plurale pro uno ex pluribus, quandoque ponitur.

Gen. 8. v. 4. *Requievitque arca על הָרִי super montes Ararat,* Vulgat. *Armenie,* hoc est, super unum montium.

Jud. 12. v. 7. *Sepultus est (Japhte) בְּעָרֵי גִלְעָד in urbibus Galaad,* hoc est, in una urbium.

Zach. 9. v. 9. *Super pullum filium asinarum,* hoc est, unius ex asinabus, Vulgat. *asinae.*

## ARTICULUS VIII.

*De Nominum Hebraeorum casu.*

## CANON I.

**N**ominativus in oratione quandoque ponitur absolute, aded ut, vim integri membri in sententia absolvar.



Hic Hebraismus reperitur in nominibus, et pronominibus.

In nominibus, Psalm. Hebr. 11. v. 4. יְהוָה בְּשָׁמַיִם כִּסְאוֹ  
*Dominus, in cælo sedes ejus*, hoc est, Dominum quod attinet, sedes ejus in cælo est.

Psalm. 104. v. 17. בֵּיתָהּ בְּרוֹשִׁים בֵּיתָהּ *ciconia, abietes domus ejus*, hoc est, in abietibus nidificat, vel commoratur.

Sunt, qui hæc exempla per pleonasmum relativum cum suo antecedente concurrentis explicent, ita ut sensus sit: *Domini sedes in cælo est*; et sic de reliquis.

In pronomnibus separatis similis nominativum absolute, et emphatice positi, loquutio occurrit, 1. Paralip. cap. 28. v. 2. אֲנִי עִם לְבַבִּי לְבִנְיַת בַּיִת מְנוּחָה *Ego, cum animo meo (fuit), edificare domum quietis &c.* Vulgat. *Cogitavi, ut edificarem domum, in qua requiesceret arca foederis Domini.*

## CANON II.

Casuum inter se non raro enallage, seu permutatio occurrit; præcipuè autem usurpatur:

Accusativus pro nominativo, ut Nehem. 9. v. 19. אֶת-עַמּוּד *columna nubis non recessit ab eis per diem.*

At cum particula אֶת non sit certa, et indefectibilis articuli nota, ut videbimus, non est, cur hinc immoremur.

## ARTICULUS IX.

*De Nominum Hebraeorum regiminis statu.*

**I**n regiminis statu quinque notanda sunt:

I. Idiotismus. II. Pleonasmus. III. Ellipsis. IV. Enallage. V. Hypallage.

Idiotismus occurrit tùm *in genere*, tùm *in specie*.

In genere 1.<sup>o</sup> *ratione significationis*; 2.<sup>o</sup> *ratione constructionis*.

Idiotismus in genere consideratus ratione significationis.

## MONOCANON.

Nomen rectum in genitivo casu, ratione usus, et significationis, variè accipitur, denotatque:

I. Causam efficientem, ut Deuter. 32. v. 19. *Vidit Dominus, et sprexit eos פָּנָיו וּבְכֹזֶתוֹ מִפְּעֵם מִפְּעֵם* *præ indignatione filiorum suorum, et filiarum suarum*, hoc est, præ indignatione, cujus causa exstiterunt filii, et filiaë ejus, Vulgat. *Quia provocaverunt eum filii sui, et filiaë*.

Isai. 53. v. 4. *Et nos putavimus eum quasi leprosum מִיַּד אֱלֹהֵי מַכָּה* *percussum Dei*, hoc est, *a Deo*, Vulgat.

In pronomibus possessivis, Psalm. 2. v. 6. *Ego autem unxi regem meum*, hoc est, qui a me est. Loquitur Deus pater de filio suo unigenito Jesuchristo.

Interdùm etiam genitivo indicatur causa instrumentalis. Isai. 33. v. 21. *אֲנִי שֵׁיט* *navis remi, seu remorum*, Vulgat. *remigum*, hoc est, remis impulsa &c.



II. Causam materialem, ut Genes. 3. v. 21. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, et uxori ejus כְּתָנוּת עֹר tunicas pellis, hoc est, pelliceas, Vulgat. &c.*

III. Causam finalem, ut Psalm. Hebr. 44. v. 24. *Æstimati sumus sicut oves occisionis, id est, occisioni, seu mactationi destinatae &c.*

IV. Effectum, ut Genes. 2. v. 9. *Lignum vitæ, hoc est, quod vitam conservabat integram semper, et incolumen &c.*

V. Subjectum recipiens, ut Deut. 16. v. 17. כְּמַתְּנַת יְדֵי כְּמַתְּנַת יְדֵי  
*Secundum donum manus suæ, hoc est, donum Dei manui ipsius collatum, Vulgat. offeret unusquisque, secundum quod habuerit, juxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei &c.*

VI. Subjectum occupans, quod et *objectum* vocatur, ut Isai. 3. v. 14. *rapina pauperis, hoc est, quod pauperi ereptum, ablatumque est &c.*

VII. Adjunctum tam *inherens*, quam *adherens*, et *connexum*.

*Inherens*, ut Prov. 29. v. 8. אֲנָשִׁי לְצִיּוֹן אֲנָשִׁי לְצִיּוֹן  
*hoc est, derisores, Vulgat. pestilentes, sensum, non verbum reddidit, ut Psalm. 1. v. 1. et in cathedra לְצִיּוֹן derisorum, Vulgat. pestilentia &c.*

*Adherens*, et *connexum*, ut 1. Reg. 16. v. 20. *Tullit itaque Isai חֲמֹר לֶחֶם וְיָמֵר יַיִן חֲמֹר לֶחֶם וְיָמֵר יַיִן asinum panis, et utrem vini, hoc est, asinum pane onustum, et utrem vino plenum &c.*

VIII. Comparationem, ut 4. Reg. 24. v. 3. *Prop-*

ter peccata Manasses, quæ fecit (Juda), id est, peccata similia iis, quæ fecerat Manasses &c.

*Idiotismus ratione constructionis.*

CANON I.

Non solùm nomen substantivum aliud substantivum simpliciter regit; verùm etiam intercedentibus quandoque præpositionibus inseparabilibus ב, ל, מ, et quibusdam separabilibus.

CANON II.

Præpositiones ב, ל, מ, אֲשֶׁר, et שֶׁ in causa sunt, cur nomina antecedentia interdum in statu regiminis ponantur.

Psalm. 2. v. 12. חוֹסֵי בּוֹ *confidentes in eo*, pro חוֹסֵים.  
 Ezech. 10. v. 3. מִיְמִין לְבַיִת *a dextra domus*, pro מִיְמִין.  
 Jerem. 23. v. 23. אֱלֹהֵי מִקְרֹב *Deus a propinquo*, pro אֱלֹהִים.  
 Gen. 40. v. 3. מְקוֹם אֲשֶׁר יוֹסֵף *loco, in quo erat Joseph*, pro מְקוֹם.  
 Eccles. 11. v. 3. מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל הָעֵץ *loco, quo cadet arbor*.

CANON III.

Infinitivus, seu nomen substantivum, quandoque ab altero nomine substantivo regitur, ut Genes. 2. v. 4. בְּיוֹם עָשָׂה *in die facere*, hoc est, in die factionis, seu quo fecit Dominus Deus cœlum, et terram, Vulgat.

Sic etiam participia quandoque regunt infinitivum, ut Psalm. Hebr. 127. v. 2. מִשְׁכִּימֵי קוֹם מְאַחְרֵי שָׁבֵת *diluculantes surgere, tardantes sedere*, hoc est, qui summo diluculo surgitis, qui serò admodùm sedetis. Totius



versiculi sensus est: vanum est vobis summo diluculo surgere, et serò admodum sedere.

## CANON IV.

Duorum synonymorum rectio auxesim, et evidentiam denotat.

Psalm. Hebr. 111. v. 6. רֵיחַ וּלְעָפוֹת *ventus*, seu *spiritus procellarum*, hoc est, ventus procellosissimus.

Psalm. Hebr. 40. v. 3. *Et eduxit me de luto cœni*, Vulgat. *fœcis*, hoc est, de luto profundissimo.

Sic in adjectivis synonymis, ut Ezech. 32. v. 21. *Alloquentur illum* גְּבוּרִים אֱלֵי *fortes potentum*, hoc est, duces potentissimi, Vulgat. *potentissimi robustorum*.

Interdùm tamen illa emphasis locum non habet, sed dumtaxat pleonasmus est, ut Numer. 19. v. 2. *hoc est statutum legis*, hoc est, statutum, sive lex.

Sic in adjectivis, ut Deut. 33. v. 19. שֵׁפְנֵי תְּסוּמֵי הַיָּם *occulta absconditorum arena*, hoc est, abscondita arena; Vulg. *thesauros absconditos arenarum*, id est, thesauros maris, juxta quod habitabat Zabulon, de quo loquitur Moyses.

## CANON V.

Adjectiva nominalia, et participialia regunt genitivum, qui diversimodè latinis exprimitur.

Adjectiva nominalia regunt genitivum, qui per ablativum redditur, si genitivus iste *rei* sit; si *personæ*, per accusativum, cum præpositione *inter* exprimitur.

Genitivus *rei*, ut Psalm. Hebr. 24. v. 4. נְקִי כַפַּיִם וְיָדָיו לֵבָב  
*innocens manuum, et purus cordis*, id est, mani-  
bus, corde &c.

Genitivus *personæ*, ut Proverb. 14. v. 1. חֲכָמוֹת נָשִׁים  
*sapientes mulierum edificat domum*, hoc est, quæque sa-  
pientum inter mulieres; hîc enim idiotismus distribu-  
tionem quoque complectitur, Vulgat. *Sapient mulier* &c.

Adjectiva participialia, sive propriè participia sint,  
sive nomina a verbis formata, formæ אֲכָל *lucens*, (de qui-  
bus infra) regunt genitivum, quo denotatur.

1.º *Causa efficiens*, explicaturque per ablativum, cum  
præpositione *a*, vel *præ*.

Gen. 24. v. 31. *Ingrederere בְּרוּךְ יְהוָה benedicte Domini*,  
hoc est, a Domino. Sic Job 14. v. 1. &c.

2.º *Subjectum*, et sic per accusativum, vel ablati-  
vum exprimitur.

Genes. 22. v. 12. יִרָא אֱלֹהִים *timens Dei*, id est,  
Deum.

3.º *Adjunctum*, tuncque, vel genitivus retinetur,  
vel ablativus adhibetur.

1. Paral. 29. v. 28. שָׂבַע יָמִים *satur dierum, divitia-  
rum, et gloria*, Vulgat. *plenus dierum, divitiis, et gloria*.  
Sic Jerem. 6. v. 11. מָלֵא יָמִים *plenus dierum* &c.

Eamdem constructionem sæpiùs imitantur adjectiva  
numeralia, quæ modo loquendi Hebræis proprio subs-  
tantivorum naturam videntur induere.

Genes. 17. v. 12. *Filius שְׁמֹנֶת יָמִים octonarii dierum*,  
hoc est, octo dierum.



## De Idiotismo in specie considerato.

Status constructi idiotismus specialis spectat potissimum voces quatuor, aut quinque, quæ sunt אִישׁ *vir*, אָנוּשׁ *homo*, בָּעַל *Dominus*, בֶּן *filius*, et בַּיִת *domus*, de quibus ordine agemus.

## CANON I.

Nomina substantiva אִישׁ *vir*, et אָנוּשׁ *homo*, si aliud substantivum in genitivo regant, respectu illius significant :

1.º Subjectum respectu accidentis, vel adjuncti, notantque in arte, vel facultate aliqua peritum; itemque re aliqua, virtute, vel vitio præditum.

Exod. 4. v. 10. אִישׁ דְּבָרִים *vir verborum*, hoc est, *eloquens*, Vulgat.

1. Reg. 16. v. 18. *vir belli*, id est, *bellicosus*, Vulgat. Ibid. *vir formæ*, id est, *pulcher*, Vulg.

2. Reg. 16. v. 7. *vir sanguinum*, et *vir Belial*, id est, *vir sanguinolentus*, *homicida*, et *nequissimus*.

3. Reg. 2. v. 26. *vir mortis*, id est, *morte dignus*.

Job 11. v. 2. *vir labiorum*, id est, *verbosus*, Vulgat.

Prov. 15. v. 18. *vir iræ*, id est, *iracundus*, Vulgat.

Ibid. c. 18. v. 24. *vir amicorum*, id est, *cui sunt amici*.

Ibid. c. 19. v. 6. *vir muneris*, id est, *munificus*, qui largè dat munera.

Ibid. c. 29. v. 1. *vir correptionum*, hoc est, *sæpiùs correptus*.

Isai. 53. v. 3. *vir dolorum*, hoc est, multis doloribus affectus.

Sic אַנְשֵׁי in plurali numero, Gen. 6. v. 4. *viri nominis*, hoc est celebres, Vulgat. *famosi*.

Gen. 46. v. 34. *viri pecoris*, hoc est, pastores, Vulg.

Gen. 47. v. 6. *viri roboris*, hoc est, robusti, strenui, Vulgat. *industrii*.

4. Reg. 19. v. 29. *viri mortis*, id est, rei mortis.

Job 34. v. 8. *viri improbitatis*, hoc est, improbi.

Ibid. v. 10. *viri cordis*, id est, cordati, prudentes.

1. Reg. 31. v. 3. ubi forma nominis absoluta adhibetur cum prepositione אֲנָשֵׁי בַקֶּשֶׁת *viri in arcu*, hoc est, in arte jaculatoria instructi, Vulgat. *viri sagittarii*.

2.° Adjectivum respectu subjecti, vel *occupantis*, vel *recipientis*.

Occupantis; sicque pro occupato circa aliquid, vel rem illam tractante, accipitur, ut

Gen. 9. v. 20. Noe אִישׁ הָאֲדָמָה *vir terre*, hoc est, agriculturæ deditus, Vulgat. *agricola*.

Ibid. c. 25. v. 27. *vir agri*, id est, crebrò in agrum egrediens, venationis gratia.

Recipientis; ac incolam alicujus loci, tribus, vel urbis; itemque ex ea oriundum significat, ut

Jud. 10. v. 1. אִישׁ יִשָּׁכָר *vir Issaschar*, hoc est, ex tribu Issachar oriundus.

Sic Judas Christi proditor dicitur *Is-chariot*, Math. 10. v. 4. ex patria קַרְיֹוֹת, Vulgat. *Carioth*, oppido, aut vico in tribu Juda, de quo Jos. 15. v. 25.



In feminino, Jud. 4. v. 4. Debora dicitur אִשָּׁת לַפִּיֶדוֹת *mulier Lappidoth*, hoc est, Lappidoth oriunda. Alii tamen *Lappidoth* Deboræ maritum fuisse existimant; unde Vulgat. *uxor Lappidoth*.

In plur. num. Gen. 19. v. 4. אַנְשֵׁי סְדֹם *viri Sodoma*, hoc est, cives Sodomæ.

Gen. 24. v. 13. *viri civitatis*, id est, habitantes civitatem.

Ibid. c. 39. v. 14. *viri domus*, id est, domestici.

3.º Efficientem respectu actionis cujusdam, vel effecti.

Jud. 12. v. 2. אִישׁ רִיבָה *vir rixa*, hoc est, qui rixatur, qui litem intentat.

1. Reg. 17. v. 4. Goliath dicitur אִישׁ הַבְּכָיִים *vir medietatum*, propterea quòd quotidie exiret inter duos exercitus, ut pugnam singularem decerni postularet; quamvis alii aliter interpretentur.

2. Reg. 18. v. 20. *vir nuntii*, id est, nuntius.

Isai. 46. v. 11. אִישׁ עֲצָתִי *vir consilii mei*, hoc est, qui consilia mea exsequatur, Vulgat. *vir voluntatis mea*, id est, qui voluntatem meam perficiat.

4.º Effectum, vel potiùs actionis subjectum, respectu efficientis, ut

Psalm. Hebr. 80. v. 18. *Fiat manus tua super אִישׁ יְמִינֶךָ* *virum dexterae tuae*, hoc est, quem dextera tua, seu virtute tua protegis, et roboras.

Hùc pertinet loquutio אִישׁ אֱלֹהִים *vir Dei*, qua Propheta a Deo missus, et Spiritu Sancto afflatus, exprimitur, 3. Reg. 13. vv. 1. et 4.

## CANON II.

Nomen בעל *Dominus*, substantivo in gignendi casu additum, significat:

I. Rei possessorem, ut Exod. 22. v. 8. בעל-הבית *Dominus domus*, hoc est, paterfamilias. Sic in fem. בעלת הבית materfamilias, 3. Reg. 17. v. 17.

1. Sam. 28. v. 7. *Quærite mihi mulierem* בעלת איוב *Dominam Pythonis*, hoc est, Pythonissam, Vulgat. *habentem Pythonem*. Pythonissa mulier erat, per cujus inferiores ventris partes loquebatur Dæmon.

4. Reg. 1. v. 8. *Dominus pili*, id est, pilosus.

Prov. 1. v. 17. *Dominus alæ*, id est, habens alas, seu alatus.

Isai. 41. v. 15. *Dominus rostrorum*, hoc est, rostra habens, seu rostratus.

Dan. 8. v. 6. *Dominus cornuum*, id est, cornutus, cornupotens.

Nah. 3. v. 4. *Domina præstigiorum*, hoc est, præstigiatrix, Vulgat. *maleficiorum*.

Sic cum affixo Eccles. 7. v. 12. *sapientia vivificat* בעליה *Dominos suos*, hoc est, qui illam possident.

II. Rei subjectum, ut Gen. 14. v. 13. *et ipsi erant* בעלי ברית *Domini fœderis Abraham*, hoc est, *pepigerant fœdus cum Abraham*, Vulgat. Sic Nehem. seu 2. Esdr. 6. v. 18. *viri juramenti*, hoc est, conjurati, fœderati.

Gen. 37. v. 19. *Dominus somniorum*, hoc est, *somniator*, Vulgat.



Ibid. cap. 49. v. 23. *Domini sagittarum*, hoc est, sagittarii, sagittandi periti.

Prov. 22. v. 24. *Dominus iræ*, hoc est, iracundus.

III. Loci incolam, seu habitatorem, ut

Num. 21. v. 28. *בְּעַלְיָ בְּמֹת דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי* *Domini excelsorum*, hoc est, *habitatores excelsorum*, Vulgar.

IV. Rei alicui, quacumque ratione deditum, ut

Eccl. 12. v. 11. *Verba sapientium quasi stimuli*, (sunt) *et clavi infixi אֲסִפּוֹת בְּעַלְיָ דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי* *Domini collectionum*, hoc est, qui in dicta sapientum colligenda, incumbunt.

Prov. 18. v. 9. *Dominus dissipationis*, hoc est, prodigus.

Cum affixis, Prov. 1. v. 19. *animam בְּעַלְיָ דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי* *dominorum suorum rapiet questus*, hoc est, animas eorum, qui ipsi addicti sunt, perdet.

Ibid. c. 17. v. 8. *Gemma gratissima est munus in oculis בְּעַלְיָ דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי דְּמוֹנֵי* *dominorum suorum*, seu *domini sui*, hoc est, ejus, qui illud diligit, sive ut Chald. interpret. *ejus, qui accipit illud*.

### CANON III.

Nomen masculinum בֶּן *filius*, et fem. בַּת *filia*, cum nomine rei animæ expertis constructum, multos facit hebraïsmos, et pro ratione sequentis genitivi diversimodè explicandum est.

I. Si nomen *qualitatis*, vel *adjuncti* addatur, per concretum, seu adjectivum ei respondens, explicari debet; tuncque sapiùs supervacaneum est nomen *fili*, vel synecdochicè pro homine in genere ponitur.

Deuter. 13. v. 13. *Egressi sunt בני-בלעל filii Belial*, hoc est, viri iniqui, et impii: בלעל enim componitur vel ex בלי non, et על in Hiphil profuit, hoc est, secundum hebraïsmum nocuit; vel ex בלי sine, et על jugum, q. d. sine iugo, qui jugum legis, ac timoris Dei excusit. Jud. 19. v. 22. emphaticè per pleonasmum additur: *fili filiorum Belial*, hoc est, improbissimi.

2. Reg. 2. v. 7. *fili fortitudinis*, hoc est, robusti, fortes, strenui.

4. Reg. 14. v. 14. *fili fidejussionum*, hoc est, *obsides*, Vulgat.

Isai. 5. v. 1. *cornu filius olei*, id est, clivus pinguis, adeoque uberrimus. Septuag. *locum pinguem* interpretantur.

II. Si nomen *premi*, vel *pœna* addatur, tùm per *dignum esse*, *destinatum esse*, explicatur, ut

1. Reg. 20. v. 31. בן-מוות *filius mortis*, hoc est, morte dignus. Sic 2. Reg. 12. v. 5.

Cum infinitivo loco nominis posito, Deut. 25. v. 2. בן-הכות *filius cadendi*, hoc est, dignus, qui percutiatur.

Matth. 23. v. 15. *filius gehennæ*, seu *inferni*, hoc est, gehennæ dignus.

III. Si nomen *ætatis*, seu *temporis* addatur, per *natum esse*, vel alia convenienti voce exponendum est, ut

Gen. 17. v. 1. בן-תשעים שנה *filius nonaginta annorum* &c., hoc est, nonaginta annos natus.

Exod. 12. v. 5. *Agnus*. . . . *filius anni*, hoc est, *agniculus*, nimirùm, qui annum non excesserit, etiamsi



annum præcisè non compleverit, nam aptus esse incipiebat ab octavo die, cap. 22. v. 30. &c.

I. Reg. 13. v. 1. בְּשָׁנָה שְׁאִיִּל בְּמַלְכוֹ וּשְׁתַּי שָׁנִים מָלַךְ. *filius anni* (erat) Saül in regnando ipsum, aut duobus annis regnaverat super Israël v. 2. cùm elegit &c., hoc est, primo, aut secundo anno regni sui super Israël, elegit Saül tria millia &c. Hæc explicatio ab Hebræo aliena non est, et omnes difficultates tollit. Quòd conjunctio ו significat etiam *aut*, multis exemplis probabimus infra in conjunctione ו.

Isai. 65. v. 20. *Puer filius centum annorum morietur*, hoc est, puer ad centum annos perveniet, antequam moriatur; seu centum annos natus erit, cùm morietur.

Jon. 4. v. 10. *Filius noctis*, hoc est, qui una nocte crevit, et periit.

Hùc referunt Genes. 37. v. 3. *Israël autem diligebat Joseph. . . quia filius senectutis erat ipsi*, hoc est, in senectute ipsi natus, Vulgat. *eo quòd in senectute genuisset eum*. Chald. vertit: *filius sapiens*; cum senectute enim sapientia vulgò conjuncta est.

IV. Si nomen *loci*, *urbis*, aut *populi* addatur, per *civem*, *incolam* &c., aut *patronymicum* nomen explicandus est idiotismus, ut

Gen. 15. v. 3. בְּדִבְתִּי *Filius domus meæ*, hoc est, *vernaculus meus*, Vulgat.

Gen. 23. v. 11. *Filii populi mei*, hoc est, *cives mei*, *populares mei*.

Esdr. 2. v. 1. *Filii provincie*, id est, *incolæ*.

Isai. 11. v. 14. *Filii orientis*, id est, orientales populi.

Jerem. 2. v. 16. בְּנֵי נֹפֶחַ *fili Noph*, Vulgat. *Mempheos*, hoc est, incolæ Mempheos.

Ezech. 30. v. 5. *Filii terræ fœderis*, hoc est, incolæ terræ illius, quibuscum fœdus initum est; seu simpliciter juncti fœdere.

Sic *Filia Sion* 4. Reg. 19. v. 21. *Filia Jerusalem*, Thren. 2. v. 18. *Filia Tyri*, Psalm. Hebr. 45. v. 13. *Filia Babel*, Zach. 2. v. 7. pro harum civitatum incolis.

V. Si nomen *rei continentis* addatur, ad sensum commodè instituenda est explicatio, ut

Job 41. v. 19. בֶּן־קֶשֶׁת *filius arcus*, hoc est, sagitta, quæ Hebræis masculini est generis, Vulgat. *vir sagittarius*.

Thren. 3. v. 13. *Filii pharetræ*, id est, sagittæ, quæ in pharetra continentur.

Isai. 21. v. 10. *Filius areæ*, hoc est, frumentum, quod in area tritatur, et ventilatur.

Ibid. c. 23. v. 10. *Filia maris*, id est, navis.

VI. Sunt et aliæ loquutiones singulariter notandæ, et congruè explicandæ.

Eccl. 12. v. 4. *Filia cantici*, id est, aures, in quibus recipitur cantionum sonus.

Cant. 7. v. 4. *Porta filia multorum*, hoc est, maximè frequentata, per quam multi ingrediuntur, et egrediuntur.

Isai. 14. v. 12. *Quomodo cecidisti de cælo lucifer*, בֶּן־שָׁחַר *filius auroræ*, hoc est, manè oriens, Vulgat. *qui*



*manè oriebaris.* Hac autem luciferi, seu stellæ matutinæ periphrasi rex Babylonis significatur, ut liquet ex contextu.

Huc referunt quidam illud Gen. 49. v. 22. בֶּן־פִּרְתָּה *filius fructificantis, seu frugiferæ (arboris) Joseph, hoc est, ramus fœcundus, Vulgat. filius accrescens.*

Eodem idiotismo Rabbini nomen יְהוּדָה vocant *nomen filium quatuor literarum*, hoc est, quatuor literis constans.

Denique בֶּן־יְהוֹשֻׁעַ significat etiam *discipulum*, ut בְּנֵי־יְהוֹשֻׁעַ *filiî prophetarum*, 4. Reg. 2. v. 3.; et sic sæpè in hoc libro, et alibi, hoc est, prophetarum discipuli.

#### CANON IV.

Nomen בַּיִת *domus*, in statu constructo positum, pro quovis continente vase, aut loco accipitur, ut

Deut. 5 v. 6. בַּיִת עֲבָדִים *domus servorum*, hoc est, locus, in quo dura servitute premebatur populus Israëliticus, Vulgat. *Domus servitutis.*

Jud. 16. v. 21. *Domus vincitorum*, hoc est, carcer.

2. Reg. 15. v. 17. *Domus remotionis*, hoc est, locus remotus; ita Targum.

Ecl. 12. v. 5. *Domus æternitatis*, Vulgat. vel *seculi*, id est, *sepulchrum*, secundùm Targum, in quo manent sepulti usque ad diem resurrectionis.

3. Reg. 18. v. 32. *Fecitque (Elias) aqueductum* בְּבַיִת מֵאֲתָיִם זָרַע *quasi domum duorum satorum seminis*, Vulgat. *quasi per duas aratiunculas*, hoc est, fecit circa altare foveam, in qua decurrerent aquæ, et latitudo istius

aquæductus erat juxta mensuram loci capientis quasi duo sata seminis.

Cant. 2. v. 4. *Domus vini*, hoc est, *cella vinaria*, Vulgat.

Isai. 3. v. 20. *Domus animæ*, hoc est, *olfactoriola*, Vulgat. Alii myrothecia, in quibus servantur unguenta fragrantia, quæ recreant animam, ac veluti in corpore, seu in domo retinent, cum ex eo per deliquum videtur exire. Alii per *animam* intelligunt halitum, quem ex se exhalant pixides olfactoriæ.

## CAPUT III.

### *De Pronomine.*

Cum de pronominum Hebræorum etymologia lib. I. loquuti simus, nunc de singularibus demonstratorum, et relativorum idiotismis agendum est.

### ARTICULUS I.

#### *De Pronomine demonstrativo.*

Tria circa pronomem demonstrativum consideranda sunt. I. Ejus repetitio. II. Pleonasmus. III. Enallage.

#### *De Pronominis demonstrativi repetitione.*

#### MONOCANON.

Demonstrativi pronominis repetitio distributionem



indicat. Num. 22. v. 24. *Et stetit Angelus Domini in*  
*tramite vinearum* מַחֲזֵה וְגֵדֵר מִמֶּנּוּ וְגֵדֵר מִמֶּנּוּ *maceria ex hoc, et ma-*  
*ceria ex hoc, id est, hinc illinc, seu utrinque maceriam*  
*habente, Vulgat. in angustiis duarum maceriarum.*

Psalm. Hebr. 20. v. 8. מֵאֲלֹהִים *hi in curribus,* וּמֵאֲלֹהִים *et hi*  
*in equis, hoc est, alii in curribus, et alii in equis. Vide*  
*Isai. 6. vers. 3.*

*De Pronominis demonstrativi, et reciproci pleonasmō.*

### CANON I.

Pronomen demonstrativum הַזֶּה interdum cum emphasi  
 pleonasticè additur:

I. Nominibus numeralibus, et vulgò per adverbium  
 temporis *jam* exprimitur.

Gen. 31. v. 38. הַזֶּה עֶשְׂרִים שָׁנָה *his viginti annis fui te-*  
*cum, id est, jam viginti annis.*

II. Pronomini interrogativo מַה, aut לָמָּה, tuncque  
 relativum אֲשֶׁר, vel שׁ subintelligitur.

Gen. 18. v. 13. הַזֶּה לָמָּה הִיא *quid hoc (est, quòd) risit*  
*Sara? Vulgat. quare risit Sara?*

III. Adverbio עַתָּה *nunc.*

3. Reg. 17. v. 24. הַזֶּה עַתָּה *nunc hoc cognosco, quoniam*  
*vir Dei es tu, hoc est, jam nunc, Vulgat. nunc in isto*  
*cognovi.*

### CANON II.

Pronomen reciprocum in dandi casu, frequenter no-  
 minibus, et verbis; interdum etiam adverbis, per pleo-  
 nasmum quemdam emphaticum additur.

Pronomine reciproco hìc intelligit Glassius affixa cum articulo ה conjuncta, quæ pronominum reciprocorum munere utcunq̄ funguntur.

*Pronomen additum nomini.*

Palm. 144. Hebr. v. 2. *Susceptor meus, et liberator meus* לִי מִי.

Ose. 8. v. 9. *Quia ipsi ascenderunt ad Assūr onagram solitarium* לִי סִבִּי, Vulgat. *onager solitarius sibi*, retulit ad Israëliticum populum.

*Pronomen additum verbo.*

Gen. 12. v. 1. לְךָ לְךָ *egredere tibi de terra tua*, Vulgat. *egredere de terra tua*, neglecto pronomine.

*Pronomen additum adverbio.*

2. Reg. 18. v. 5. לֵאמֹרֵי לֵאמֹרֵי *leniter mibi* (agite) *erga puerum istum*, Vulgat. *seruate mibi puerum* &c.

*De Pronominis demonstrativi enallage.*

CANON I.

Pronomina demonstrativa nominibus subjuncta, verbì substantivi loco, singulari cum elegancia, ponuntur.

Pronominibus demonstrativis, primitiva etiam, eo loci, intelligit Glassius. Genes. 3. v. 10. *timui, eo quòd nudus ego*, hoc est, nudus essem. Secundùm alios Grammaticos, illa pronomina retinentur, et subintelligitur cum eis verbum substantivum *sum*.



Cùm nominibus præponuntur, verbi subst. ellipsis est, remanente pronominum illorum significatione.

Gen. 6. v. 9. הַיְלֵדוֹת אֵלֶּה הַיְלֵדוֹת *istæ (sunt) generationes.*

### CANON II.

Loco pronominis demonstrativi primæ, et secundæ personæ, quandoque ipsum nomen ejus, qui loquitur, vel ad quem fit sermo, ponitur.

Per pronomem demonstrativum, affixum et hîc intelligit Glassius.

Primæ personæ, Exod. 30. v. 16.... *eritque filiis Israël ad memoriam coram Domino*, hoc est, coram me, loquitur enim Dominus.

Secundæ personæ, Zach. 3. v. 9. *Quia ecce lapis, quem dedi (seu) posui coram Jesu*, hoc est, coram te.

Utriusque personæ, Num. 27. v. 11. *Sicut præcepit Dominus Moysi*, hoc est, sicut præcepi ego Dominus tibi; Deus enim ibi Moysen alloquitur.

### CANON III.

Pronomina demonstrativa אֲנִי, et הוּא, quandoque vel cum emphasi majori, quàm propriè sonant, vel in alia paululùm diversa significatione, accipiuntur.

I. אֲנִי *ipse*, de Deo usurpatum, immutabilitatem ejus notat, quod Latinis ferè *idem*.

Psalm. Heb. 102. v. 28. אֲנִי אֲנִי הוּא, Septuag. *tu autem idem es*, Vulgat. *tu autem ipse es*.

II. הוּא pro indefinito *quidam* interdum accipitur.

I. Reg. 17. v. 34. *Veniebat leo, vel ursus, et tollebat* אֵלֶּיךָ illud de medio gregis, hoc est, aliquid, Sept. ovem, Chald. agnum, Vulgat. arietem.

3. Reg. 19. v. 5. *Et ecce* הִנֵּנִי ille Angelus tetigit eum (Eliam), hoc est, quidam Angelus.

III. הִנֵּנִי nonnunquam idem est, ac *talis*.

Deut. 5. v. 29. *utinam esset cor eorum* הִנֵּנִי illud ad timendum me &c., hoc est, tale, ut timeat me, Vulgat. *Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me?*

## ARTICULUS II.

### De Pronomine relativo.

**R**elativi pronominis voce, non solùm, eo loci intelligitur אֲשֶׁר, vel אֲשֶׁר *qui, quæ, quod*: verùm etiam ipsa pronomina primitiva, et quæ ex eis deducuntur, affixa, quæ eo etiam nomine insigniri possunt, quòd ad rem, vel personam, de qua habetur sermo, referantur.

### CANON I.

Relativa quandoque referunt ea, quæ remotiùs distant, licèt adsint propiora, ad quæ referri posse, videantur.

Gen. 10. v. 12. *Resen quoque inter Niniven, et Chale,* הִיא ipsa est civitas magna, nimirùm Ninive, non Chale.

Hùc pertinet adverbium loci אִבִּי *ibi*, quod etiam ut relativum considerari potest.



1. Reg. 7. v. 17. *edificavit etiam* שם *ibi altare Domino*, non in Ramatha, quæ immediatè præcedit; sed in urbe Cariathiarim, de qua v. 1. Quod tamen coactum videtur nonnullis, qui singulari Dei dispositione, altare in Ramatha a Samuele extractum, opinantur.

## CANON II.

Relativum aliquando respicit ad consequens, sive ad id, quod in textu sequitur.

Num. 24. v. 17. *ולא עתה אֲשׁוּרְנוּ וְלֹא קָרוֹב* *videbo eum, sed non modò: intuebor eum, sed non propè*, illum scilicet, de quo mox dicturus sum, nempè *oriatur stella ex Jacob &c.*, quæ stella Christus est Messias.

## CANON III.

Relativum sæpiùs pro ipso antecedente ponitur.

Numer. 7. v. 89. *cùmque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis* אֲתֵּן לְדַבֵּר *ad loquendum cum ipso*, hoc est, cum Deo, Vulgat. *ut consuleret oraculum*, sensum, non verba, reddit

## CANON IV.

Loco pronominis relativi אֲשֶׁר, interdum ponitur demonstrativum הַזֶּה, vel הוּא *iste*.

Psalm. 9. v. 16. *In laqueo הוּא istum absconderunt mihi &c.*, hoc est, אֲשֶׁר *quem absconderunt mihi*.

Psalm. Heb. 104. v. 8. *Ascendant montes. . . . in locum הַזֶּה istum fundasti eis*, id est, *quem fundasti eis*.

CANON V.

Loco pronominis relativi quandoque usurpatur.

I. Conjunctio *et*. Ruth 3. v. 16. *Et venit ad socrum suam, וַיָּאָמֶר et dixit ei, hoc est, quæ dixit ei, Vulgat.*

II. Particula causalis כִּי *quia*. Gen. 3. v. 19. *Donec revertaris in terram, כִּי כְמוֹנָה quia ex ea sumptus es, pro אֲשֶׁר כְּמוֹנָה, Vulgat. de qua sumptus es.*

CANON VI.

In pronomine relativo, non rarò diversitas est generis ab antecedente, quæ vel per aliquod conveniens synonymum, vel alia quavis ratione concilianda est.

Exod. 11. v. 6. *Eritque צַעֲקָה (fem.) clamor magnus in universa terra Ægypti, cui כְּמוֹהוּ (masc.) similis non fuit, Vulgat. qualis nec ante fuit: supplendum est nomen קוֹל (masc.) vox clamoris &c.*

CANON VII.

In relativo interdum etiam contingit diversitas numeri ab antecedente.

I. Substantivo plurali nonnunquam respondet pronomen singulare, quo distributio plerumque denotatur.

Deuter. 21. v. 10. *Si egressus fueris ad pugnam contra hostes tuos, וַיִּתְּנֶנּוּ et tradiderit eum Dominus Deus tuus &c., hoc est, unumquemque illorum, vel eos, ut Vulg.*

Hùc pertinet, cùm diversis substantivis respondet pronomen singulare,



Gen. 2. v. 19. *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, et universis volatilibus cæli, adduxit ad Adam, ut videret, quod nomen inderet לִי ei, id est, unicuique illorum, Vulgat. quid vocaret ea.*

Huc etiam referunt nomina pluralia cum affixo singulari, sive ea forma, qua singularibus adjici solet, conjuncta.

Deuteron. 28. v. 59. *Augebit Dominus כַּבֹּתֶיךָ plagas tuam, hoc est, unamquamque plagarum tuarum.*

II. Nominî colectivo singulari respondet pronomen multitudinis.

Gen. 15. v. 13. *Peregrinum erit זַרְעֶךָ semen tuum .... et affligent אותם eos, semen hîc pro posteris ponitur.*

### CANON VIII.

Relativum quandoque convenit genere, et numero (vel horum alterutro) cum substantivo consequente, cum deberet respondere antecedenti.

Lev. 25. v. 33. *Nam בְּתֵי domus (plur.) urbium Levitarum הֵיא, ipsa, pro הֵן ipsæ (domus sunt) possessio eorum, Vulg. Quia domus urbium Levitarum pro possessionibus sunt inter filios Israël.*

### CANON IX.

Relativum אֲשֶׁר qui, quæ, quod, cum particulis ל, מ, ב, אֲתֶּיךָ conjunctum, non rarò antecedens suum includit, quando per *ellipsis* deficit, quod quidem commodè subintelligendum est.

Gen. 21. v. 17. *Exaudivit enim Deus vocem pueri*

בְּאֶשֶׁר-הוּא שָׁם *in quo ipse ibi*; supple בְּמָקוֹם *in loco, in quo ipse est, Vulgat. de loco in quo est.*

CANON X.

Pronomen relativum non rarò deficit.

Gen. 39. v. 4. וְכָל-יְשֻׁלוֹ *et omne erat ei, dedit in manu ejus, pro וְכָל-אֶשֶׁר יְשֻׁלוֹ omne, quod erat sibi, &c.*

CANON XI.

Quandoque deficit antecedens simul, et relativum.

Exod. 4. v. 13. מִיְּדֵי תְּשַׁלֵּחַ *Mitte, quæso, per manum missurus es, supple, illius, quem missurus es.*

CANON XII.

Antecedens, seu nomen, ad quod relativum pertinet, quandoque post relativum ipsum repetitur.

Istæ antecedentis repetitio, quæ pleonasmus, seu redundantia vocatur, fit *amplioris declarationis gratiâ*, ut loquuntur Hebraei, sive ad tollendam sermonis ambiguitatem.

Gen. 13. v. 16. *Faciamque semen tuum sicut pulverem terræ, quem si quis potest hominum numerare pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit; ubi redundant posteriores voces, pulverem terræ.*

CANON XIII.

Duplex relativum quandoque usurpatur, cùm unum sufficeret.



I. Affixum, et integrum pronomen interdum cum eleganti emphasi conjunguntur.

4. Reg. 9. v. 27. גם אתו הכהו *etiam hunc, percutite ipsum.*

II. Relativum *is, ipse* repetitur.

1. Reg. 9. v. 13. *Quia אתו eum hac ipsa hora invenietis אתו eum, hoc est, eo ipso certè tempore invenietis.*

III. Relativum אשר *qui, quæ, quod*, cum alio relativo sæpissimè in oratione conjungitur, tuncque posterius relativum negligitur.

Gen. 1. v. 11. וְרֵעֵבוּ אֲשֶׁר וְרֵעֵבוּ *cujus semen ejus in eo, hoc est, in quo (sit) semen suum.*

Loco prioris relativi, usurpatur interdum adverbium loci שם *ibi*, cùm de loco sermo est.

Gen. 2. v. 11. *Nomen unius Pison; ipse circuiens totam terram Chavilab אשר שם qua illic aurum, pro אשר בה, quod et ipsum est, pro באשר in qua.*

Prius relativum אשר per ellipsin aliquando deficit.

Exod. 18. v. 20. *ostendasque eis viam, ילכו בה ambulent in ea, pro אשר ילכו qua ambulent &c., hoc est, in qua ambulent.*

Pro priori relativo nonnunquam additur particula casualis כי *quia*, vel conjunctio conjunctiva et.

Gen. 3. v. 19. *Donec revertaris in terram, כי ממנה quia ex ea sumptus es, pro אשר ממנה qua ex ea, id est, de qua.*

Conjunctio et, Gen. 22. v. 24. *Concubina verò illius,*

(Nachoris) וַיִּשְׂמָה et nomen ejus Reuma, pro אִשְׁרָאֵל אִשְׁרָאֵל cu-  
jus nomen &c.

## CAPUT IV.

### De Verbo.

Cùm de Hebræorum verbis, eorumque conjugationibus lib. I. loquuti simus, solùm superest, ut de illorum constructione, qua proprietas Hebraïci sermonis, ejusque multiplex elegantia elucescit, disseramus.

### ARTICULUS I.

#### De Verborum significatione in genere.

Omnia verba apud Hebræos sunt simplicia. Præpositio igitur, quam Græci, et Latini cum verbo componunt, diversarum significationum causâ, ab Hebræis inter *verbum*, et *nomen* sequens deponitur, ut v. g. הָלַךְ *ire*, cum præpositione אֶל *ad*, significat *adire*, cum מִן *ab*, *abire*, cum לְפָנַי *ante*, *præire*, cum אַחֲרַי *post*, *sequi* &c.

Quandoque etiam sine hujusmodi præpositionis adjectione, verbum simplex compositi significationem obtinet; quod ex contextu ipso eruendum.

Sic עָמַד *stetit*; item *obstitit*, *restitit*: קָם *surgere*; item *stare*, *subsistere*, *consistere*, *restare*, *superstitem esse*: ita quoque נָפַל *cadere*, et *excidere*, seu *deficere*, et *irritum*



fieri significat: נָתַן dare, et reddere: רָעָה pascere, et de-  
pascere, seu perdere: אָמַר dicere, et obloqui: קָרָא vocare,  
et invocare. Vide alia exempla in Lexicis.

## ARTICULUS II.

*De speciali verborum significatione.*

**S**pecialis verborum significatio *activum*, et *passivum*  
verbum seorsim considerat. Quæ de utroque dicenda  
sunt, sequentibus canonibus comprehenduntur.

## CANON I.

Activa verba in tertiis personis, significationem pas-  
sivorum sæpiùs assumunt, seu passivè exponuntur.

Genes. 16. v. 14. Propterea קָרָא appellavit puerum  
illum, hoc est, appellatus est.

Job 3. v. 2. pereat..... nox in qua אָמַר dixit, hoc  
est, dictum est, Vulgat.

## CANON II.

Verba passiva quandoque activè usurpantur.

Ezech. 6. v. 9. נִשְׁפָּרְתִי אֶת לְבָבְכֶם הַזֶּה הוֹנָה contrivi cor eorum  
fornicans, Vulg.

## ARTICULUS III.

*De Verborum constructione.*

**V**erborum constructio vel est cum nomine, vel cum  
verbo altero.

Verba Hebræa, quæ cum nominibus construuntur, suos casus, sicut Latina, pro eorum diversitate amant.

## CANON I.

Verba ferè omnia, quæ apud Latinos accusativum regunt, apud Hebræos gaudent dativo: hujus generis sunt.

1. Verba arctandi, premendi, הָצִיק, הָצִיר, Jud. 16. v. 16. כִּי הָצִיקָה לוֹ *cum angustiis afficeret eum.*

2. Dimittendi הִנִּיחַ, Exod. 32. v. 10. לִי הִנִּיחָה *sine me.*

3. Expectandi קָהָה, כָּתַר, יוּחַל, חָפְהָה, Job 36. vers. 2. לִי כָּתַר *expecta me.* Aliquando tamen etiam cum præpositione אֶל, et עַל reperiuntur.

4. Interrogandi, consulendi, שָׁאַל, 1. Sam. 10. v. 4. וְשָׁאַלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם *et salutabunt te pacificè,* hoc est, rogabunt te de pace: in sensu consulendi frequentius amat accusativum nudum, vel cum præpos. Jud. 20. v. 18. וַיִּשְׁאַלוּ בְּאֵלֵהוּיָם *et consuluerunt Deum.*

5. Subsanandi, irridendi הִתְעַלַּל, הִתְלַל, לָעַג &c. non rarè etiam cum accusativo, et præpositione ב: Job 13. v. 9. תִּהְיֶה לְךָ בִּי *illudetis eum.*

6. Sprenendi בִּזָּה, בָּזָה, quæ etiam accusativum amant, Prov. 23. v. 9. יִבְזֶה לְשִׁבְלִי *spernet intellectum.*

7. Osculandi נִשְׁקָה, rariùs cum accusativo, Gen. 27. v. 27. וַיִּשְׁקֶה לוֹ *et osculatus est eum.*

8. Decipiendi הִשְׁיִיא, 2. Reg. 18. v. 29. יִשְׂיֵא לְכֶם *seducat vos,* etiam cum accusativo.

9. Sanandi, medendi רָפָא, 2. Reg. 20. v. 5. *Ecce*



ego קָרָא לְךָ sano te, non raro cum accusativo.

10. *Vocandi, clamandi* קָרָא &c. interdum etiam accusativum amant, et præpositionem אֶל; et aliquando, etsi raro, כּ, et עַל. Atque *vocare in nomine* לְקָרָא בְּשֵׁם, cum de Deo dicitur, est invocare nomen Dei per preces, et laudes: cum verò ad creaturas refertur, est nominatim aliquem appellare, Exod. 34. v. 15.

11. *Honorandi* כִּבְדַּד quod etiam accusativum ferè regit cum art. אַתָּה. Exod. 20. v. 12. אֶת־אָבִיךָ כִּבְדַּד honora patrem tuum.

12. *Servandi, juvandi* הוֹשִׁיעַ, עֲזֹר, Psalm. 86. v. 16. וְהוֹשִׁיעָה לְבֶן־אִמְתֶּךָ et serva filium ancilla tua. Sæpè autem cum accusativo.

13. *Verba nuncupandi*, præter nominativum, regunt dativum personæ, quem Latini per alterum nominativum expriment, Gen. 2. v. 23. לְזוֹאת יִקְרָא אֱשֶׁה huic vocabitur virago, id est, hæc vocabitur &c.

#### Accusativo gaudent.

1. *Verba maledicendi* קָלַל, קָבַב, אָרַר; item benedicendi בָּרַךְ, Genes. 49. v. 28. בָּרַךְ אֹתָם benedixit eos.

2. *Serviendi, ministrandi* שָׂרַת, עָבַד; hoc autem quando de Deo, idolis, et terra dicitur, sumitur pro colere; quando verò ad homines refertur, *servire servitutum* significat, Deut. 10. v. 12.

3. *Recordandi* זָכַר, הִזְכִּיר, et *obliviscendi* נָשַׁח, נָשָׁח: זָכַר autem aliquando cum ל constructur; et הִזְכִּיר cum כּ, Exod. 32. v. 13.

4. *Contingendi* קָרָה; semel cum dativo, Dan. 10. v. 14.
5. *Nunciandi* בִּשְׂרַר, 2. Sam. 18.
6. *Respondendi* הִשָּׁיב, עָנָה, Numer. 22. v. 8. Cum dativo etiam aliquando.
7. *Præcipiendi* צִוָּה, Numer. 27. v. 19. et sæpè cum dativo.
8. *Amandi* עָגַב cum præpositione עַל, Ezech. 23. v. 5.
9. *Persequendi* דָּלַק, et רָדַף cum præposit. אַחֲרָי, Genes. 44. v. 4.
10. *Tegendi* חָפַף, גָּנַן, סָכַף, בָּסַף; modò tamen amant accusativum nudum; modò intercedente præpositione עַל, Deuteron. 33. v. 12.
11. *Docendi verba*, pro accusativo personæ, aliquando habent dativum, Ose. 10. v. 12.
12. *Verba voluntatis, studii, notitiæ, metus, iræ, vindictæ, pœnitentiæ, pudoris, tædii, miserationis, invidiæ* sæpiùs regunt accusativum cum præpositione. Ps. Hebr. 99. v. 8. וַיִּקַּם עַל-עֲלֵילֵיהֶם et *ulciscens super opera eorum.*
13. *Verba significantia motum ad, vel per locum*, amant accusativum cum præpositione עַד, אֶל, ל, ב, vel ה locali ad finem addito, Jud. 11. v. 17. אֶעֱבְרָה נָא בְּאַרְצֶךָ *transeam, queso, per terram tuam.*
14. *Verba maximè intransitiva*, ad linguæ elegantiam, et majorem evidentiam regunt nomen conjugatum in casu accusativo, quæ locutio sæpè a Latinis per ablativum exprimitur: כָּבוּ בְּכִי גָדוֹל *fleverunt fletu magno*, 2. Samuel. 13. v. 36.



## Ablativo gaudent.

1. *Verba, quæ præteritum significant, cum præpositione ב*. Deut. 2. v. 6. אָכַל תִּשְׁבְּרוּ מֵאֲתֵם בַּכֶּסֶף *cibum emetis ab eis argento*. Sic Rabbinii dicunt: בְּמָה *quanti, tanti*: בְּרֹב *pluris*: בְּמֵעוֹט *minoris*.
2. *Verba comparationis cum præpositione מִן*, 2. Samuel. 1. v. 23.
3. *Verba copiae, et inopiae, vel cum præpositione ב*, aut מִן, vel sine præpositione, Jerem. 51. v. 34. *Accusativus aliquando additur*.
4. *Gaudendi, letandi, exultandi cum præpositione ב*, vel עַל, Psalm. 66. v. 6.
5. *Verba quietem, aut statum in loco significantia cum præpositione ב*, 2. Paralip. 25. v. 19.
6. *Motum de loco significantia cum præpositione מִן*, Genes. 31. v. 13.
7. *Quodvis verbum admittit ablativum cum præpositione significante causam, instrumentum, aut modum actionis, Prov. 24. v. 3. בְּחִכְמָה יִבְנֶה בַּיִת *sapientia edificabitur domus**.
8. *Cuilibet verbo addi potest ablativus temporis cum præpositione ב*, Genes. 7. v. 11. בְּשָׁנַת שְׁשִׁמָּאת *שָׁנָה לְחַמֵּינָה *In anno sexcentesimo annorum vitæ Noach**. Aliquando etiam tempus accusativo, vel ablativo sine præpositione effertur.
9. *Verba passiva cum præpositione מִן*, et sæpè pro ablativo regunt dativum, Isai. 65. v. 1. נִדְרַשְׁתִּי לֵלֵא שְׂאֵלוֹ

*quasitus sum ab iis (qui) non interrogaverunt, vel inveniendum me præbui iis, qui &c.*

## CANON II.

Duo verba Hebræa crebrò, et eleganter sese mutuò regunt, quorum alterum per varios modos explicatur.

1. Ex duobus verbis finitis, et per conjunctionem copulatis, vel etiam sine copula conjunctis, alterum quandoque in infinitum, seu infinitivum resolvitur.

Gen. 9. v. 20. וַיֵּחַל נֹחַ אִישׁ הָאֲדָמָה וַיִּשַׁע כֶּרֶם. *Et cœpit Noach vir terræ, (id est, agricola) et plantavit vineam, hoc est, cœpit plantare vineam.*

2. Cùm duo verba ejusdem temporis junguntur, vel copula intercedente, vel sine ea; tùm prius verbum sæpè per adverbium Latinis exprimitur.

Cum copula, Gen. 24. v. 18. *Et festinavit, et dimisit hydriam, hoc est, et celeriter dimisit, Vulgat.*

Sine copula, Psalm. Heb. 106. v. 13. *Festinarunt, obliti sunt opera ejus, hoc est, citò obliti sunt.*

3. Verbum finitum cum infinitivo junctum quandoque adverbialiter exponendum est, et infinitivus in tempus, et personam finiti convertendus.

Gen. 8. v. 10. וַיִּזְכֶּה שָׁלַח *Et addidit (Noe) emittere columbam ex arca, hoc est, iterum dimisit, Vulgat.*

4. Quodvis verbum finitum regere potest secum infinitivum ad majorem certitudinem, et evidentiam, hic autem infinitivus, sive præcedat, sive sequatur tempus finitum, explicationis gratiâ, in gerundium convertitur.



Gen. 2. v. 16. *Ex omni ligno horti תאכל תאכל comedendo, comedes, hoc est, liberè comedere poteris.*

Ut autem hæc locutio, quando affirmativa est, efficacius affirmat, ita addita negatione vehementius negat.

Gen. 3. v. 4. לא־מֹתֶיךָ לֹא־מֹתֶיךָ non moriendo moriemini, hoc est, nequaquam morte moriemini, Vulgat.

Volunt aliqui, quòd si infinitivus postponitur, tunc actionis continuatio denotetur.

Jos. 24. v. 10. וַיְבָרֶךְ בְּרוּךְ אַתֶּם et benedixit benedicens vobis, hoc est, sine intermissione benedixit vobis.

### CANON III.

Verbis passivis nominativus subjunctus, non rarò, præcedentem habet particulam את vulgarem accusativi notam, amplioris declarationis gratiâ.

Gen. 17. v. 5. *Nec ultra vocabitur את־שִׁמְךָ nomen tuum Abram.*

### CANON IV.

Verbum substantivum *sum*, vel expressum, vel subintellectum, loco posterioris nominativi, eleganter regit nomen cum præpositione.

Cum præpositione ב *in*. Jud. 11. v. 35. וְאַתָּה הָיִיתָ בְּעַבְרֵי et tu fuisti in perturbantibus me, hoc est, perturbans me.

Cum præpositione ל *ad*, vel *in*. Gen. 17. v. 4. וְהָיִיתָ לְאָב Et eris in patrem multarum gentium, hoc est, pater, Vulgat.

## ARTICULUS III.

## De Verborum enallage.

**E**nallage, prout in præsentī, figura est, qua verborum modi, tempora, personæ, genus, et numerus invicem permutantur, de quo canonibus sequentibus agemus.

## CANON I

Infinitivus pro præterito, vel præsentī, futuro, imperativo, participio, et nomine interdum ponitur.

1. Infinitivus pro præterito, vel præsentī.

Exod. 8. v. 15. *Videns autem Pharao, quod data esset requies, וַיִּחַבֵּד et aggravare cor suum, hoc est, aggravavit; vel ut Vulgat. ingravit.*

2. Infinitivus pro futuro.

Exod. 18. v. 22. וַיִּחַל מִעֲלֶיךָ et alleviare desuper te, hoc est, levius erit tibi, seu ut eleganter Vulgat. *leviusque sit tibi, partito in alios onere.*

3. Infinitivus pro imperativo.

Exod. 20. v. 8. וּזְכוֹר recordari diei sabbati, ut sanctifices illum, hoc est, memento, ut diem sabbati sanctifices, Vulgat., fortè legebat וּזְכוֹר.

4. Infinitivus pro participio.

Psalm. Heb. 32. v. 9. *Nolite fieri sicut equus, et mulus, אִין חִבִּין non intelligere, hoc est, non intelligentes, sive ut Vulgat. quibus non est intellectus; relativum enim אִין sæpè deficit, et infinitivus pro nomine substantivo usurpatur, ut citò videbimus.*



5. Infinitivus pro nomine substantivo.

3. Reg. 8. v. 52. *Et exaudies eos* כָּל־קְרָאָם *in omni invocare ipsos*, hoc est, in omni invocatione sua, seu oratione ipsorum, Vulgat. *in universis*, pro quibus invocaverint te.

Vice versa, interdum nomen pro infinitivo ponitur.

Isai. 7. v. 1. *Et factum est in diebus Achaz filii Joathan. . . . ascendit Rasin rex Syria, et Phacee filius Romelia, rex Israël in Jerusalem* לְמַלְחָמָה *ad praelium contra eam* (Jerusalem), hoc est, *ad praeliandum*, Vulgat.

## CANON II.

Imperativus quandoque pro præterito, seu præsentî, pro futuro indicatîvi, et pro subjunctivo usurpatur. Interdum etiam permissivè exponendus est.

1. Imperativus pro præterito, seu præsentî.

Psalm. 8. v. 2. *Quoniam* תִּנְנָה *dedisti, vel das, aut ponis, vel posuisti magnificentiam tuam super cælos*, Vulgat. *elevata est*. תִּנְנָה imperativus est cum הַ paragogico, non infinitivus, ut volunt plerique Grammatici.

2. Imperativus pro futuro indicatîvi.

Gen. 45. v. 18. *Et ego dabo vobis omnia bona Egypti, et comedite*, hoc est, *et comedetis*.

Huc pertinet, quod futura a Prophetis prænuntiantur forma imperandî.

Isai. 47. v. 1. *Descende, sede in pulvere virgo filia Babylon. v. 5. Sede tacens, et intra in tenebras, filia Chaldeorum*, hoc est, *descendens, sedebis &c.*

3. Imperativus pro subjunctivo cum conjunctione *si*, vel *quavis*.

Num. 24. v. 21. *Robustum quidem est habitaculum tuum, וְשֵׁיטָא et pone in petra nidum tuum, hoc est, sed si posueris, Vulgat.*

4. Imperativus quandoque permissivè exponendus est.

3. Reg. 22. v. 22. *Egrediar, et ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus, et dixit Dominus. . . egredere, et fac ita, hoc est, permitto, ut egrediaris, et ita facias; non enim jubet Dominus, sed permittit.*

## CANON III.

Oprativus modus, quo carent Hebræi, variis modis apud ipsos effertur.

1. Per particulam לִי, vel לְוֵא utinam, junctam cum præterito, vel cum futuro.

Cum præterito: Num. 20. v. 3. לִי גִּוְעָנִי utinam expirassemus, Vulgat. *periissemus.*

Cum futuro: Gen. 17. v. 18. לִי utinam Ismael יִחִיָּה vivat coram te.

Interdum etiam usurpatur participium, ut Psalm. Hebr. 8. v. 14. לִי utinam populus meus שָׁמַעַי audisset me, ubi futurum sequitur.

2. Per futurum sine particula.

Job 3. v. 3. נִאָּבֵד peribit dies, in qua natus sum, hoc est, utinam periisset, Vulgat. *pereat.*

3. Per imperativum: Psalm. Heb. 45. v. 5. et de core tuo הֲלֵךְ prosperare, hoc est, utinam prosperares.



Huc pertinent omnes imperativi *petitorii*, quibus rogatur Deus, ut suam nobis gratiam conferat, et prohibeat mala. Illi enim imperativi optandi vim prorsus obtinent.

4. Per circumscriptionem *מַי יִתֵּן* quis dabit?

Psalm. Heb. 14. v. 7. *Quis dabit ex Sion salutare Israël?* hoc est, utinam detur.

Pronomini interrogativo aliud verbum nonnunquam adjungitur.

2. Reg. 23. v. 15. *מַי יִשְׁקֵנִי* quis bibere me faciet aquas de cisterna, quæ est in Bethlehem? id est, utinam, seu ut Vulgat. *o si quis daret mihi potum aquæ &c.*

#### CANON IV.

Præteritum perfectum quandoque pro plusquamperfecto, præsentis, et futuro ponitur.

1. Pro plusquamperfecto.

Gen. 2. v. 2. *וַיִּבֶל* complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, hoc est, compleverat. Alioqui, si in die septimo complevisset, hoc in die laborasset, quod scripturæ ibidem adversatur.

2. Pro præsentis, quo caret lingua sancta.

Gen. 32. v. 10. *קטנתני* minor fui cunctis miserationibus tuis, id est, minor sum, Vulgat.

3. Pro futuro. Isthæ enallage locum habet præsertim in Prophetis, in quibus futura per præterita vulgò enuntiantur. Unde Rabbi Salomon in cap. 42. Isaia: *Omnis lingua prophetica loquitur de futuro, tanquam de*

*præterito: et hoc ideo, quia dictum Dei habetur pro facto.*

Idem sentire videtur D. Augustinus in Psalm. 3. his verbis: *Quæ ventura prophetantur, secundum tempus futura sunt, secundum scientiam verò Prophetarum, jam pro factis habenda.*

Isai. 9. v. 6. *Parvulus natus est nobis* (id est, nascetur) *et filius datus est nobis,* (hoc est, dabitur) *et factus est principatus super humerum ejus* (id est, fiet, erit). Deinde sequuntur futura: *et vocabitur nomen ejus &c.*

Huc pertinet præteritum pro imperativo positum.

Jerem. 49. v. 8. נָסוּ הַפָּנִיּוֹת fugerunt, *aversi sunt,* pro *fugite, advertimini,* aut *terga vertite,* Vulgat.

#### CANON V.

Futurum tempus interdum pro præterito, interdum pro præsentì, interdum etiam pro imperativo ponitur.

1. Futurum pro præterito: Exod. 15. v. 5. *Abyssus operient eos,* hoc est, *operuerunt,* Vulgat.

2. Futurum pro præsentì: Gen. 2. v. 10. *Et fluvius egrediebatur de paradiso voluptatis.... qui inde dividetur in quatuor capita,* hoc est, *dividitur,* Vulgat.

3. Futurum pro imperativo, quæ enallage perpetua est in præceptis, quæ *negativa* appellant: *Præcepta enim negativa non veniunt,* scribit Elias Levita in lib. Habbahur, *nisi in forma futuri,* ut לֹא תִרְצֹחַ non occides, לֹא תִנְאֻף non mœchaberis, Exod. 20. v. 13. et 14. *Non poteris dicere:* לֹא תִרְצֹחַ non occide, לֹא תִנְאֻף non mœchare; *quia nunquam venit imperativus post unam harum dictionum*



אל, לא non, פן ne, כי quia, אם si, אשר quod, את etiam, למען, בעבור propter, propterea.

Huc pertinent verba exhortatoria, Gen. 33. v. 9. *Si inveni gratiam in oculis tuis, וְלָקַחְתָּ accipies munusculum de manibus meis, hoc est, accipe, Vulgat.*

## CANON VI.

Prima persona quandoque pro tertia ponitur.

Hæc regula libro *Ecclesiast.* intelligendo plurimum inservit; in eo siquidem sæpius in prima persona referuntur sententiæ aliquot absurdæ, imò impiæ, ut cùm scriptor ejus dicit cap. 3. v. 12. *se deprehendisse optimum esse letari, et epulari, et v. 19. eandem esse sortem hominum, et jumentorum, piorum, et impiorum;* quæ, et similia ex persona aliena dicuntur. Unde v. 18. legitur: *dixi ego in corde meo על דברת בני האדם secundum rationem filiorum hominum, hoc est, secundum rationem humanam, et corruptam.* Ex qua phrasi constat in iis, et aliis similibus, hominem mundo addictum loquentem induci.

Huc refert Kimki peccatorum confessiones a Prophetis in prima persona pluralis factas. Jerem. 14. v. 7. *Si iniquitates nostræ responderint nobis, seu testimonium dicant contra nos, Domine, fac propter nomen tuum, quoniam multa sunt aversiones nostræ, tibi peccavimus.* Vide Thren. 3. v. 42. &c.

## CANON VII.

Secunda persona quandoque pro tertia usurpatur.

Psalm. Heb. 22. v. 29. הָאֵלִים *spera in Domino, eripiat eum*, pro *speravit*, Vulgat.

CANON VIII.

Tertia persona quandoque pro prima, vel secunda usurpatur.

Thren. 3. v. 1. *Ego vir* רָאָה *vidit paupertatem meam*, hoc est, *vidi*, Vulgat. *videns*, legisse videtur רָאָה in participio.

CANON IX.

Verbum pluralis numeri quandoque pro singulari ponitur.

1. In secunda persona, Job 18. vers. 2. *Quousque* תְּשִׁימוּן *imponetis finem sermonibus?* *Quousque* תְּרַבִּינִי *instruetis* &c. *impones, instrues*, solùm enim Jobum alloquitur Baldad.

2. In tertia persona, Gen. 34. v. 27. *Et depopulati sunt urbem* אֲשֶׁר טָמְאוּ *quia polluerant sororem eorum*, hoc est, *polluerat* Sichem.

CANON X.

Verbum singularis numeri quandoque jungitur cum nomine, vel participio plurali, quo sæpiùs distributio innuitur.

Gen. 35. v. 26. *Hi sunt filii Jacob, qui* יֵלֵד *natus est ei in Mesopotamia*, hoc est, *quorum unusquisque natus est ei* &c. Vulgat. *qui nati sunt ei*, sensum, non numerum reddidit.



Exod. 17. v. 12. וַיְהִי יָדַי וַיְהִי יָדָיו *et fuit manus (plur.) ejus* (Moysi) *firma*, hoc est, utraque manus ejus, Vulgat. *Et factum est, ut manus ejus non lassarentur.* וַיְהִי impersonaliter accepit.

## CANON XI.

Vice versa, verbum pluralis numeri construitur interdum cum nomine singulari.

1. Cum nomine *collectivo*, quia pluralitatem comprehendit.

Gen. 33. v. 13. וּמָוֶתוֹ כָּל־הַצֹּאֵן *et morientur omnis grex*, hoc est, morietur, Vulgat. *morientur cuncti greges.*

2. Cum nomine singulari etiam non collectivo, quo partitionem denotari volunt.

Psal. Heb. 119. v. 103. *Quàm dulcia (sunt) faucibus meis eloquium tuum!* hoc est, quàm dulcia sunt singula eloquia tua!

## CANON XII.

Quando duo nomina substantiva, quorum alterum altero regitur, conjuncta sunt, verbum quandoque numero respondet posteriori nomini, cum deberet priori respondere.

Exod. 15. v. 4. וּמַבְחָר שְׁלִישֵׁי טַבָּעֵי *et electio principum, seu tribunorum ejus submersi sunt*, hoc est, submersa est. Vel voces, aut membrorum sententias per hypallage invertendo: principes electionis ejus, hoc est, principes ejus electi, præstantissimi, submersi sunt.

## CANON XIII.

Nominativus verbi, et verbum ipsum quandoque genere discrepant.

Hæc enim discrepantia certo, et peculiari linguæ usu, non abusu fit, et, vel per nomen aliquod subintellectum, explicanda est, vel synonymum intelligendum, vel aliqua peculiaris subest ratio.

3. Reg. 22. v. 36. וַיִּעֲבֹר וַיִּהְיֶה הָרְגֵה et *transiit* (masc.) *clamor* (fem.), supp. קוֹל *vox clamoris*.

## CANON XIV.

Verbum, quod in oratione quandoque per ellipsin deficit, commoda ratione supplendum est.

1. Verbum finitum deficit.

2. Reg. 18. v. 12. *Observe* (ne), *quis in puerum in Absalom*, sup. tangat, vel mittat manum, seu interficiat, Vulgat. *custodite mihi puerum Absalom*.

2. Verbum infinitum deest.

Psalm. Heb. 139. v. 6. *Mirabilis facta est scientia tua ex me*, vel *præ me*, *confortata est*, vel *elevata est*, et *non potero ad eam*, supp. attingere.

3. Verbum substantivum deest quàm sæpius.

Gen. 1. v. 2. *Et tenebræ* (erant) *super faciem Abyssi*.

## CANON XV.

Verbum substantivum *sum* in præterito sæpius, in futuro rariùs, redundat.



Gen. 41. v. 13. וַיְהִי *Et fuit, sicut interpretatus est nobis, sic fuit, vel evenit.* Prius *fuit* redundat per pleonasmum. Et sic aliàs sæpissimè, præsertim in initiis librorum, et pericoparum, ut Ruth 1. v. 1. Esth. 1. v. 1. &c.

## CAPUT V.

## De Participio.

Cùm de participiorum natura lib. I. loquuti simus, nunc de eorum peculiari constructione sermonem faciemus.

## CANON I.

Participia, cùm activa, tùm passiva sæpiùs loco nominum usurpantur, seu in nomina degenerant.

Activa: רוֹעֵה *pascens*, et *pastor*, Jerem. 23. v. 2. שׁוֹמֵר *custodiens*, et *custos*, Psalm. Hebr. 130. v. 6. אוֹהֵב *amans*, et *amicus*, Prov. 14. v. 20. &c.

Passiva: רֵצוּץ *confractus*, hoc est, *fragilis*, 4. Reg. 18. v. 21. Prov. 21. v. 20. *Thesaurus* נְחֻמֵּר *desideratus*, hoc est, *desiderabilis*, Vulgat.

Sic apud Latinos *invictus*, *indomitus*, *immotus* &c. pro *invincibilis*, *indomabilis*, *immobilis*.

Non solùm autem participium in nominis adjectivi naturam transit, verùm etiam substantivi interdùm significationem, et naturam induit, ut צִפְּוִן *absconditum*,

significat etiam *thesaurum*, seu *opes*, quæ recondi solent, Psalm. Hebræor. 17. v. 14. בְּחֹרֶר *electus*, item *juvenis*, Ezech. 9. v. 6. &c. Perinde ut adjectiva quædam pro substantivis usurpantur, ut יבֶשֶׁת *arida*, hoc est, *terra*, Genes. 1. vv. 9. 10. &c. לְבָנָה *alba*, hoc est, *luna*, Vulgat. Isai. 24. v. 23. Possunt tamen illa nomina ut adjectiva considerari, quorum substantiva intelliguntur.

CANON II.

Participia, quæ, natura sua, tempus præsens significant, si verbo substantivo הָיָה *fuit* jungantur, notant etiam præteritum, futurum, vel imperativum, si verbum substantivum sit in præterito, vel futuro, aut imperativo.

Gen. 1. v. 6. וַיְהִי מִבְּרִיל *et erit* (expansum, seu firmamentum) *dividens*, hoc est, *dividet*, vel *dividito*, aut *dividat*, Vulgat.

Deut. 9. v. 24. מִמְּרִים הָיִיתֶם *rebellantes fuistis*, hoc est, *rebellastis*. Sic v. 22.

Interdùm deficit participium, ut 1. Paral. 17. v. 5. *Et fui* אֶל-אֱהִל מֵאֱהִל *de tabernaculo ad tabernaculum*, supple מֵאֲתַתְּךָ *ambulans*.

CANON III.

Participium pro præsentis, quo carent verba Hebræa, præterito perfecto, vel imperfecto, et futuro, quamvis verbum substantivum deficiat, sæpiùs usurpatur.

1. Pro præsentis ponitur participium.

Exod. 2. v. 14. *Ad occidendum me tu* אָמַר *loquens?*



hoc est, loqueris, seu cogitas, Vulgat. *Num occidere me tu vis?*

2. Pro præterito perfecto, vel imperfecto; tuncque subintelligitur verbum substantivum in præterito.

Gen. 42. v. 23. *Et ipsi non noverunt, quod שומעֵי* audiens Joseph, supple הָיָה *esset, Vulgat. intelligeret.*

3. Pro futuro participium ponitur, et tunc subintelligendum est verbum substantivum in futuro.

Gen. 6. v. 17. *Ecce ego פּוֹבִיא adducens, supple אֲהִיָּה* ero, Vulgat. *adducam.*

#### CANON IV.

Participium præsens pro participio futuro, aut mox futuro, ponitur.

Exod. 11. v. 5. *A primogenito Pharaonis הוֹשֵׁב* sedente super solio ejus, hoc est, sessuro.

Jon. 1. v. 3. *Et invenit navem בָּאָה* euntem in Tharsis, hoc est, mox ituram.

*De singulari participiorum cum nomine constructione.*

#### CANON I.

Nomini colectivo singulari respondet participium plurale.

2. Reg. 3. v. 1. *וּבֵית שָׁאִיל הַדְּלִיִּים וְדָלִים* et domus (sing.) Saülis euntes (erant), et tenues, hoc est, ibat, et attenuabatur, Vulgat. *Domus autem Saül (erat) decrescens quotidie.*

CANON II.

Participium nonnunquam genere discrepat a nomine cum quo convenire debet.

Jerem. 4. v. 30. וְאַתָּה שָׂדֵד מִהַתְּעִשִׂי *tu autem vastata quid facies?* Pronomen, et verbum feminina sunt; participium verò masculinum.

CANON III.

Participia maximè passiva, more, et forma nominum, regunt genitivum, qui latinè, vel per casum verbi, cujus est participium, exponendus est; vel participium ut nomen consideratur, et genitivus remanet.

Gen. 4. v. 2. רֹעֵה צֹאן *pascens oves, vel pastor ovium.*

Exod. 1. v. 5. וּצְאֵי יָרֵךְ *egressi femore, vel egressores femoris.*

*De peculiari participii cum verbo constructione.*

MONOCANON.

Participium cum verbo constructum quandoque per infinitivum exprimitur.

Ose. 7. v. 4. *Omnes ipsi adulterantur (æstuantes), sicut clibanus succensus a pistore (quando) cessat מַעֲיֵד vigilans, hoc est, vigilare, et deperere massam, donec tota fermentetur; tunc enim clibanum pistor solet accendere, et dormire, donec calefactus fuerit. Alii alias expositiones afferunt, quas vide apud Interpretes.*



## CAPUT VI.

## De Adverbio.

**A**dverbium hîc cùm *in genere*, tùm *in specie* considerabimus.

## ARTICULUS I.

## De Adverbio in genere considerato.

**I**n adverbio generatim spectato occurrit: ejus circumscriptio: repetitio: singularis constructio.

## CANON I.

Adverbium quandoque aliarum vocum positione circumscribitur, et construitur.

I. Nomen substantivum cum præpositione, vel sine eâ, cum verbo conjunctum, adverbii loco interdum ponitur.

Cum præpositione, Gen. 34. v. 13. *Responderunt filii Jacob Sichem, et patri ejus בְּמַדְמָה in dolo*, hoc est, dolosè. Sic בְּפַרְדָּה, Exod. 1. v. 14. *in sævitia*, seu *duritia*, hoc est, durè.

Sine præpositione, Psalm. Hebr. 75. v. 3. *Cùm accipero tempus, ego מִיִּשְׁרָיִם rectitudinibus judicabo*, hoc est, in rectitudinibus, sive rectissimè.

II. Cùm duo verba ejusdem temporis conjunguntur, prius sæpè adverbii naturam induit.

Psalm. Hebr. 78. v. 41. *Et reversi sunt, et tentaverunt Deum*, hoc est, rursus tentaverunt.

III. Verbum finitum cum infinitivo junctum quandoque pro adverbio ponitur.

Gen. 8. v. 21. *Non addam maledicere amplius terræ*, hoc est, *nequaquam ultra maledicam terræ*, Vulgat.

## CANON II.

Adverbium idem repetitum, vel cum synonymo suo conjunctum, emphasis significationis importat.

I. Si repetatur, superlativam ferè locutionem indicat.

Exod. 1. v. 7. *Filii Israël creverunt, et quasi geminantes multiplicati sunt, ac roborati sunt* כָּפַדַּר כָּפַדַּר *in valdè valdè*, id est, *nimis*, Vulgat.

II. Si jungatur adverbium cum suo synonymo, emphasis denotatur.

Numer. 12. v. 2. *an solum tantummodò per Moysen loquutus est Dominus?* hoc est, *an omninò solum per Moysen loquutus est Dominus, ceteris omnibus exclusis?* Vulgat. *Num per solum Moysen?* &c.

## ARTICULUS II.

*De Adverbio in specie considerato.*

**A**dverbia in specie considerata notant, vel *circumstantiam*, vel *actionem*, vel *qualitatem*.

Circumstantiam exprimunt adverbia: I. Loci. II. Temporis. III. Numeri.



Actionem notant adverbia: I. Demonstrationis. II. Confirmationis. III. Negationis. IV. Dubitationis. V. Exclusionis.

Qualitatem designant adverbia: I. Similitudinis. II. Limitationis.

*Adverbia loci.*

MONOCANON

Adverbium loci repetitum, intercedente conjunctione copulativa, aut alia voce, loci diversitatem significat.

Exod. 2. v. 12. *Cumque circumspexisset* (Moyses)  $\text{וַיִּבְחַן בְּהַרְבֵּי הַיַּם}$  *hùc*, et *hùc*, hoc est, *hùc*, atque *illùc*, Vulgat.

*Adverbia temporis.*

CANON I.

Adverbia temporis certi, et determinati nonnunquam indeterminatè, et indefinitè sumuntur.

1.º *Heri* pro quolibet tempore præterito.

2. Reg. 15. v. 20.  $\text{הַיּוֹם הַזֶּה}$  *heri venisti*, et *hodie compelleris nobiscum egredi?* hoc est, nuperrimè venisti. Alia exempla vide 4. Reg. 9. v. 26. Job 8. v. 9. &c.

2.º *Hodie* pro præsentì tempore.

Psalm. Hebr. 95. v. 7. *Hodie si vocem ejus audieritis*, id est, hoc tempore, quo verbum divinæ gratiæ vobis prædicatur.

3.º *Cras* pro futuro tempore indeterminato.

Gen. 30. v. 33. *Respondebit mihi, seu pro me*  $\text{מָחָר}$  *cras justitia mea*, hoc est, posthac.

## CANON II.

Adverbiū temporis *semper*, seu *jugiter*, per *sapè*, vel *frequenter*, aut quid aliud, interdū exponendum est.

Exod. 27. v. 20. *Præcipe fillis Israël, ut afferant mihi oleum... ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii &c.* semper, id est, a vesperè ad manè, uti constat ex v. 21.

## CANON III.

Adverbia temporis distributiva *quotannis*, in *dies*, elegantibus sermonis flosculis exprimuntur.

Exod. 13. v. 10. *Custodes hujuscemodi cultum statuto tempore* מִיָּמִים וּמִיָּמִים *a diebus in dies*, seu ab anno in annum, hoc est, quotannis; pluralis enim יָמִים hîc, et sæpè alibi pro anno sumitur. Sic 1. Reg. 1. v. 3.

Deut. 15. v. 20. שָׁנָה בְּשָׁנָה *anno in annum*, hoc est, per singulos annos.

1. Paral. 12. v. 22. יוֹם בְּיוֹם *de die in diem*, hoc est, singulis diebus, quotidie. Pro כ ante nomen alterum adhibetur ל, Esth. 3. v. 7. et על 2. Paral. 21. v. 15.

Apud Hebræos per accusativum exprimuntur anni, menses, aliæque temporis partes; item per ablativum cum præpositione, vel sine ea.

Per accusativum, Gen. 29. v. 14. *Et mansit apud eum* חֹדֶשׁ יָמִים *mensem dierum*, pro dies mensis, hoc est, mensem integrum.

Per ablativum cum præpositione, Gen. 7. v. 11.



בשנת שש-מאות *In anno sexcentesimo vitæ Noe.* Interdum usurpatur ל, ut Gen. 8. v. 11. *Reversaue est ad eum columba ערב לעת ad tempus vesperæ,* hoc est, vespertino tempore.

Per ablativum sine præpositione, 2. Esdr. 2. v. 12. *et surrexi nocte.* וַאֲקוּם לַיְלָה

## CANON IV.

Adverbium temporis indeterminati *cùm*, vel *quùm*, *quando*, per conjunctionem כִּי *quia*, non rarò exprimitur.

Gen. 4. v. 12. כִּי *cùm operatus fueris terram, non addet dare robur suum, hoc est, fructus suos,* ut optime, Vulgat.

Numer. 22. v. 22. *Et iratus est Deus, כִּי quando abiit ipse (Balaam).*

## CANON V.

Adverbium temporis *statim*, citò interdum moram includit.

Psalm. Hebr. 37. v. 2. *Quoniam tanquam herba פוֹהֵרָה velociter succidentur (impii), hoc est, post aliquod tempus.* Confer vv. 10. 35. 36.

## CANON VI.

Adverbia temporis *donec*, et *usque* non semper tempus præteritum determinant, et futurum excludunt; sed sæpiùs indeterminatè accipiuntur, ita ut sequens tempus omne includatur, ac proinde per *semper*, vel *nunquam* oratio exponenda sit.

Hæc adverbia in propositionibus, tùm affirmantibus, tùm negantibus, reperiuntur.

In propositionibus affirmantibus, *donec*, et *usque* per *semper* exponenda sunt.

Psalm. Hebr. 110. v. 1. *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*, hoc est, sede in perpetuum ad dexteram meam, et mecum regna, etiam dùm ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

In propositionibus negantibus adverbia temporis *donec*, et *usque* per *nunquam* sapiùs exponenda sunt.

Gen. 8. v. 7. ex versione Vulgat. *Corvus non revertatur, donec siccarentur aquæ*, hoc est, nunquam reversus est.

Matth. 1. v. 25. *Et non cognovit eam, donec*, hoc est, nunquam eam cognovit. Malè ex hoc loco, et v. 18. *antequam convenirent &c.* colligebat Helvidius, Josephum Mariam post partum cognovisse. Vide ejus confutationem apud S. Hieron.

## CANON VII.

Adverbium *non amplius*, *non ultra* non semper omne tempus removet, sed pro aliquo temporis spatio nunquam sumitur.

4. Reg. 24. v. 7. *Et ultra non addidit Rex Aegypti, ut egrederetur de terra sua*, scilicet, usque ad ultimos annos Sedecia. Confer Jerem. 37. v. 5.



## Adverbia numeri.

## M O N O C A N O N.

Adverbia quædam numeri, præter vulgarem suam significationem, quandoque alia speciali donantur.

1. *Semèl*: nonnunquam idem est ac *proorsùs*, *omnino*, *certè*, *immutabiliter*, *perfectè* &c.

Psalm. Hebr. 89. v. 36. *אָמַן* *semel juravi per sanctitatem meam*, Vulgat. *in sancto meo*, hoc est, irrevocabiliter juravi. Confer vv. 34. 35.

2. *Primùm*: quandoque *in primis*, *prasertim* significat, neque semper respicit *secundùm*.

Rom. 1. v. 8. *primùm quidem gratias ago Deo meo*, hoc est, in primis, ante omnia.

3. *Secundò*: speciali ratione accipitur in exemplis sequentibus.

Josue 5. v. 2. *Fac tibi cultros lapideos, et circumcide secundò filios Israël*, hoc est, circumcisionem intermissam in deserto, ob frequentem castrorum motionem, fieri præcipe, non in eodem homine, ut nugantur Rabini, sed in eodem populo, *qui per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis incircumciscus fuit*, Vulg. v. 6.

Adverbium *secundò* interdum supponit membrum primum, quod deficit.

Esth. 2. v. 19. *Cumque secundò quærentur virgines, et congregarentur*, hoc est, secundò quærentur pro celebratione nuptiarum Regis cum Esther, sicuti primò quæsita fuerant pro nuptiis Vasti, quod membrum subintelligitur.

4. *Tēr*: pro multifariam accipitur, Prov. 22. v. 20. *Ecce descripsi eam* (doctrinam) *tibi* תפישתי, Vulgat. *Tri- pliciter*, hoc est, multifariam, et multotiēs.

*Adverbia demonstrandi.*

## MONOCANON.

Adverbia demonstrandi *en*, *ecce* sæpius emphasim important, et ad attentionem excitandam adhibentur. Eorum autem usus est.

1. In mirandæ, novæ, expetitæque rei enarratione, Isai. 7. v. 14. *Ecce Virgo concipiet.*

2. In rei præsentis demonstratione, Gen. 29. v. 2. *cumque circumspiceret; ecce puteus in quodam agro, et ecce ibi tres greges pecudum &c.*

3. In certæ, et exploratæ rei asseveratione, Gen. 1. v. 29. *Ecce dedi vobis omnem herbam..... et universa ligna, ut sint vobis in escam.*

4. In celeritatis ad obsequendum, aut benefaciendum declaratione, Psalm. Hebr. 40. v. 8. *Tunc dixi: ecce venio: sic cum affixo* הִנְנִי, *aut* הִנְנִי *ecce ego.*

Pro adverbio demonstrandi *ecce*, interdum adhibetur imperativus הִרְאֵה *vide*, 2. Reg. 7. v. 2. הִרְאֵה נָא *vide, quaeso, quòd ego habitem in domo tua.*

*Adverbia confirmandi.*

## MONOCANON.

Inter adverbia confirmandi, primas tenet dictio *amen*, de qua hæc annotare sufficiat.



Amen *in genere* vox est confirmatoria; confirmat autem, vel qui proponit, vel qui rei propositæ assentitur.

Si voce *amen* utatur, qui proponit; tunc adverbium istud significat *verè, certò, profectò &c.*: unde Christus sæpè utitur hac loquendi formula: *amen dico vobis*, hoc est, verè, certè dico vobis.

Cùm geminatur dictio *amen*, superlativus gradus innuitur, *amen, amen dico vobis*, hoc est, certissimum est, quod dico.

Quod spectat ad eum, qui rei propositæ assentitur, vel illa res est *benedictio*, vel *maledictio*: si *benedictio*, adverbium *amen* particula optantis est, qua, qui assentitur, desiderat rem ita fieri, sicuti proponitur. Jerem. I I. v. 5. post proposita Dei promissa magna respondet Jeremias: *amen Domine*. Hùc pertinet *amen*, quod in fine precum respondetur. Quando verò maledictionibus in Lege propositis, Dei mandato, respondebatur *amen*, id dictum erat *per modum receptionis*, inquit Kimki, *qua in se, et super se recipiebat* (qui ita respondebat) *illas imprecationes, si transgressi essent*.

Præter dictionem *amen*, sunt et aliæ asseverationis, et confirmationis adverbia, quæ videri possunt in Lexicis.

#### *Adverbia negandi.*

In adverbiiis negandi considerabimus: I. Constructionem. II. Significationem. III. Permutationem, sive enallagem. IV. Trajectionem, seu metathesim. V. Redundantiam, sive pleonasmum.

## CANON I.

Adverbia negandi non promiscuè, sed cum distinctio-  
ne in Syntaxi usurpantur.

Hebræis septem sunt negandi adverbia אַל, אֵין, et אֵין  
פֶּן, לֹא, בְּלִי, בְּלִי, בְּלִי, quæ in Syntaxi ita se habent.

1. אֵין non jungitur verbis, nisi verbo substantivo  
subintellecto. Si interdum construatur cum infinitivo, ut  
Psalm. Heb. 3 2. v. 9. tunc infinitivus loco nominis po-  
nitur; videtur tamen jungi cum futuro, Jerem. 3 8. v.  
5. אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אֲתֶכֶם דָּבַר *quia non rex poterit contra  
vos quidquam.* Sed post אֵין subintelligitur verbum *est*, hoc  
modo: non est rex, qui possit contra vos quidquam fa-  
cere. Relativum etiam sæpè subintelligitur. אֵין itaque  
jungitur tantùm nominibus, participiis, quæ more nomi-  
num sese habent, et particulis, ac de tota specie negat.

Exod. 5. v. 16. *Palea אֵין נִתְּנָה non (est) data servis  
tuis*, hoc est, nulla palea datur. Vide 1. Reg. 2 6. v. 1 2.  
Cæterùm אֵין quasi formam nominis constructi imitatur,  
hujus absoluta forma est אֵין, quæ adhibetur in fine ali-  
cujus membri sententiæ, et ab antecedentibus semper de-  
pendet, nunquam autem cum sequentibus jungitur.  
Exod. 1 7. v. 7. *Estne Dominus nobiscum, אֵין אִם an non?*  
אֵין verò alibi usurpatur.

2. אַל tantùm futuro convenit, et deprecantis, aut  
dehortantis particula est, Prov. 2 3. v. 4. אַל תִּיָּגַע *ne la-  
bores, ut ditescas*, Vulgat. *noli laborare, ut diteris*; raris-  
simè negat. Kimki vult, istud adverbium etiam negan-



tis esse, Gen. 49. v. 6., Exod. 12. v. 9., Psalm. Heb. 121. v. 3., Jerem. 14. v. 17.; sed hæc loca facillè explicari possunt per particulam dehortantem.

3. בל jungitur præterito, et futuro.

Præterito, Prov. 9. v. 13. ובל ידעה ממה et nescit quidquam (mulier stulta, et clamosa).

Futuro, Prov. 22. v. 29. בל יתיצב non stabit (vir in opere suo velox) antè ignobiles.

4. בלי præterito, et futuro jungitur, negatque absolutè.

Præterito, Gen. 31. v. 20. Et furatus est Jacob cor Labanis Syri, על בלי הגיד לו eo quòd non indicasset ei, quòd fugeret, Vulgat. noluitque Jacob confiteri soceri suo, quòd fugeret. Hebraismum furari cor ad linguæ Latinæ indolem eleganter accommodavit.

Futuro, Isai. 32. v. 10. Collectio יבוא בלי non veniet.

Jungitur quoque participio, Ose. 7. v. 8.

5. בלתי construitur cum præterito, et participio.

Cum præterito, Num. 21. v. 35. Et percusserunt igitur eum, (Og regem Basan) et filios ejus.... עד בלתי אדו השאיר לו שריד adeo ut non relinqueret (Moyses) ei superstitem. Breviter, et eleganter Vulgat. usque ad interneciem.

Cum participio, סרה בלתי סרה plaga non recedens. Sæpissimè בלתי præponitur ל, construiturque: 1.º cum infinitivo, et exponitur ut non, Deut. 17. v. 20. לבלתי רום ut non elevetur cor ejus: 2.º cum præterito, Jerem. 23. v. 14. לבלתי שבו ut non revertantur: 3.º cum futuro, Exod. 20. v. 20. לבלתי תחטאו ut non peccetis.

6. לֹא omnibus temporibus convenit, excepto imperativo, cui nulla particula negans præponitur, quique per futurum, præposita negatione, exponitur, vide Decalog. Cum participio conjunctum, de certo quodam, et individuo negat, ut Soph. 3. v. 5. לֹא יוֹדֵעַ עוֹל בְּשֵׁתָא non (est) sciens, id est, nescit, *iniquus confusionem*, nempe populus Judaïcus, de quo loquitur Propheta.

7. פֶּן cum futuro construitur, Genes. 3. vers. 22. פֶּן יִשְׁלַח ne extendat. Semel jungitur cum præterito loco futuri posito. 2. Reg. 20. v. 6. פֶּן יִמְצֵא ne inveniat, pro פֶּן יִמְצֵא.

## CANON II.

Particula negativa אֵין, לֹא, בְּלֵתִי, et præposito ל, לְבֵלֵתִי, universali כֹּל-*omnis* addita, universalem negationem indicat, ita ut *non omnis* idem sit, quod *nullus*.

Gen. 4. v. 15. Posuitque Dominus Caino signum, לְבֵלֵתִי ut non interficeret eum כֹּל-*omnis*, qui invenisset eum, hoc est, nemo, nullus.

Ibid. cap. 39. v. 23. אֵין non præfectus carceris inspiciebat אֶת-כֹּל-*omne quidquam*, id est, nihil quidquam, rem planè nullam.

Deut. 8. v. 9. לֹא-תִחַסֵּר כֹּל בָּהּ non carebis omni in ea (terra), id est, nulla re indigebis.

Cùm particula negativa præponitur voculis עַד-מֵאֵד usque valdè, usquequaque, non solum negat summum gradum, et inferiorem admittit; sed universalis est, ac eandem rationem obtinet, atque *non omnis*, hoc est, nullus. Psalm. Heb. 119. v. 8. Non me derelinquas עַד-מֵאֵד us-



*nequaquam*, id est, nequaquam, ne in minimo quidem derelinquas me.

## CANON III.

Pro negativo adverbio quandoque comparativa particula ponitur.

Psalm. Heb. 118. v. 8. *Bonum (meliùs) est confidere in Domino, quàm confidere in homine*, hoc est, bonum est confidere in Domino, non verò in homine.

## CANON IV.

Vice versa quandoque adverbium negans pro comparativa particula ponitur.

Gen. 45. v. 8. *Nequaquam vos misistis me hùc, sed Deus ipse*, hoc est, non tam vos, quàm ipse Deus.

Hùc pertinet idiotismus, quo adverbium *solùm* post particulam negativam subintelligitur, ac *non* per *non solùm* explicandum est.

Gen. 32. v. 28. *Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israël*, hoc est, non solùm Jacob appelleris, sed etiam Israël, nam utroque nomine postea indiscriminatim vocatur Jacob.

1. Reg. 8. v. 7. *Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos*, hoc est, non solùm te, sed me abjecerunt.

*Adverbia dubitandi.*

## MONOCANON.

Dubitandi adverbia non semper rem incertam deno-

tant; sed ejus difficultatem interdum innuunt, aut alia de causa emphaticè adhibentur.

1. אולי fortassè, non semper particula dubitandi est, sed interdum confidentis, et benè sperantis.

Jerem. 26. v. 3. אולי si fortè audiant, et convertantur unusquisque a via sua mala. Hæc verba Deo tribuuntur; quibus non dubium, sed liberum hominis arbitrium significatur.

2. פן ne fortè, dubitationem non semper importat, sed interdum rem certò futuram exprimit.

Gen. 3. v. 3. De fructu verò arboris, quæ est in medio paradisi, præcepit Dominus, (dicens) non comedetis ex eo, et non tangetis eum, פן תמותון ne moriamini, Vulgat. commutatis personis, ne forte moriamur.

*Adverbia excludendi.*

MONOCANON.

Adverbium excludendi *præterquam, nisi*, non rarò pro conjunctione adversativa *sed* ponitur.

4. Reg. 5. v. 17. Non faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimas Diis alienis, nisi Domino, hoc est, sed Domino.

*Adverbia comparandi.*

CANON I.

Similitudinis particulâ, quandoque non similitudo, sed res ipsa notatur.

Gen. 25. v. 33. fura mihi כיום sicut hodie, hoc est,



hodie. *Caph* istud similitudinis vocatur a *Kimki caph veritatis*, ideoque ab Interpretibus negligitur; vel si exprimatur, abundat.

Psalm. Heb. 122. v. 3. *Jerusalem, quæ edificatur* כְּעִיר *ut civitas, hoc est, civitas.*

## CANON II.

Pro particula comparativa quandoque aliæ particulæ usurpantur.

1. Copulativa ו *et*. Prov. 10. v. 25. *Sicut transibit turbo* וְיִצְחָק *sic non est impius.*

Isai. 53. v. 7. *Et sicut agnus coram tondente se obmutuit:* וְלֹא *sic non aperiet os suum, Christus Messias.*

2. Præfixum ל *ad*. Isai. 1. v. 31. *Et erit fortis* לְעִצְרָה *sicut stupa, et opus ejus* לְכִיפּוּץ *sicut scintilla, Vulgat. ut favilla stupæ.... quasi scintilla.*

3. Præpositio עִם *cum*. Job 9. v. 26. *Dies mei transierunt* עִם אֲנִיּוֹת אֲבֵהָ *cum navibus desiderii, hoc est, sicut naves desiderii; sequitur enim: sicut aquila volans ad escam. Naves autem desiderii dicuntur naves desideratissimæ, seu præstantissimæ, velocissimæ.*

## CANON III.

Comparandi particulæ non rarò in oratione desunt.

1. In similitudine contracta.

Exod. 19. v. 4. *Vos vidistis.... quomodo portaverim vos super alas aquilarum, hoc est, quasi super alas aquilarum, quæ pullos suos transferunt non unguibus, aut*

pedibus, ut reliquæ aves, sed super alas, et dorsum. Hac locutione indicatur celeritas, qua Deus Israëlitas ex Ægypto eduxit.

2. In similitudine explicata, ubi quandoque prioris membri particula comparandi deficit; posterioris verò, per conjunctionem copulativam loco comparativæ, exprimitur.

Psalm. Heb. 125. v. 2. *Jerusalem, montes in circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui*, id est, Jerusalem quod attinet, quemadmodum montes sunt in circuitu ejus, qui eam contra hostes tuentur; ita Dominus in circuitu populi sui, eumque in æternum proteget.

#### CANON IV.

Vicissim, adverbium comparationis abundat.

1. Cùm non similitudo, sed rei veritas indicatur, vide Canon. I.

2. Cùm verbum ipsum comparationis adest, et tamen adverbium similitudinis ponitur, quod in Hebraeo pro *h* est.

Job 30. v. 19. *הֲרַגְנִי לְחֹמֶר וְאֶתְמַשֵּׁל בְּעֶפֶר וְאֶפֶר* *projecit me, vel projectus sum in lutum, et assimilatus sum sicut pulvis, et cinis, hoc est, pulveri, et cineri.*

#### Adverbia limitandi.

##### MONOCANON.

Adverbium limitandi, seu restringendi *quatenus*, quo caret lingua Hebraïca, aliis particulis exprimitur.



Gen. 39. v. 9. *Nec quidquam est, quod non in mea sit potestate... præter te, בְּאִשְׁרֵי in quo tu, hoc est, quatenus tu uxor ejus es; in cæteris enim Josephi cura etiam commissa erat.*

## CAPUT VII.

### *De Præpositionibus.*

**P**ræpositiones apud Hebræos sunt vel conjunctæ, seu *inseparabiles*, vel disjunctæ, aut separatæ, seu *separabiles*, ut diximus in lib. I. In hoc capite agemus I. De præpositionibus quibusdam disjunctis, seu separatis, quarum tùm constructionem, tùm significationem expendemus. II. Præpositiones conjunctas, seu inseparabiles discutiemus.

### ARTICULUS I.

#### *De Præpositionum separabilium constructione.*

#### MONOCANON.

Quædam præpositiones junguntur infinitivo, illæque per verbum finitum, et conjunctionem exponuntur.

Gen. 5. v. 4. *Et facti sunt dies Adam אֲחֵרֵי הַיּוֹמִים post gignere eum, id est, postquam genuit, Vulgat.*

Ibid. c. 18. v. 19. *לְמַעַן הָבִיאָהּ propter adducere Dominum super Abrabamo, hoc est, ut adducat Dominus, Vulgat.*

ARTICULUS II.

*De Præpositionum quarumdam separabilium  
significatione.*

**O**mnes Hebræorum præpositiones vocem, quæ ab eis regitur, antecedunt. Specialem quarumdam significationem, quæ in enallage præsertim sita est, hoc in articulo operæ pretium est expendere.

*De Præpositione לָ, vel לְ ad.*

CANON I.

Præpositio לָ ad, ex earum numero est, quibus motus ad locum exprimitur.

Gen. 6. v. 19. *Ex cunctibus animantibus .... bina introduces אל־הַתְּבֵרָה ad, vel in arcam.*

Pro לָ, vel alia præpositione motum ad locum denotante, non rarè usurpatur הַ præcedente kametz, et rarissimè sægol, quod הַ ad finem dictionis adjicitur.

Genes. 19. v. 1. *Veneruntque duo Angeli כְּדֹמָה in Sodomam.*

Ibid. cap. 46. vers. 4. *Descendam tecum מִצְרַיִם in Ægyptum.*

Interdum pleonasticè לְ synonym. לָ a fronte præponitur, et הַ in fine adjungitur. 1. Paralip. 26. v. 17. לְצַפוֹנָה ad septentrionem, לְנֶגְבָה ad meridiem.

Sæpè הַ, aut לָ deficiunt, sed suppleantur; nam apud Hebræos cum nominibus propriis urbium, et locorum



præpositio vel exprimitur, vel subintelligitur.

3. Reg. 3. v. 15. *Cùm venisset* (Salomon) יְרוּשָׁלַם *in Jerusalem*, pro יְרוּשָׁלַם, vel אֶל-יְרוּשָׁלַם, aut לְיְרוּשָׁלַם.

Denique הָ ponitur pro *in*, vel *ad*, quamvis de loco sermo non habeatur. 1. Reg. 1. v. 3. מִיָּמִים יָמִימָה *a diebus in dies*, hoc est, annuatim.

### CANON II.

Sæpè præpositio אֶל *ad*, pro בְּ *in*, sive de loco sermo sit, sive de alia re, ponitur. Seu præpositio motum significans, pro præpositione quietem exprimente, interdum usurpatur.

1. De loco, Gen. 49. v. 29. *Sepelite me cum patribus meis* אֶל-הַמַּעְרָה *ad speluncam duplicem*, pro בְּ, *in spelunca duplici*, Vulgat.

2. De alia re, Gen. 6. v. 6. *Et doluit* (Deus) אֶל-לְבָבוֹ *ad cor suum*, hoc est, *in corde suo*.

### CANON III.

Vicissim בְּ *in*, pro אֶל *ad*, venit, cùm de loco sermo habeatur: seu præpositio quietis, loco præpositionis motus, quandoque adhibetur.

Levit. 16. v. 22. *Et emittet hircum illum* בְּמִדְבָּר *in deserto*, pro אֶל-הַמִּדְבָּר *in desertum*, Vulgat.

### CANON IV.

Præter significata superiùs recensita, præpositio אֶל *ad*, *in*, aliis etiam quandoque insignitur, ac significat:

1. De. Job 42. v. 7. *Non estis loquuti rectum אֵלַי ad me, hoc est, de me, sicut servus meus Job.*

2. Super; tuncque אֲלֵּי pro עַל ponitur. Levit. 14. v. 50. *Et immolabit passerem unum אֲלֵּי ad vas fictile, id est, super vas fictile, in quo erat aqua viva; sequitur enim עַל super aquas vivas.*

3. Propter; tuncque אֲלֵּי itidem pro עַל usurpatur. 1. Reg. 1. v. 27. אֲלֵּי ad puerum istum oravi, hoc est, propter puerum istum, sive ut Vulgat. *pro puero isto.*

4. Contra. אֲלֵּי pariter pro עַל adhibetur. Ezech. 13. v. 9. *Et erit manus mea אֲלֵּי contra Prophetas istos &c.*, Vulgat. *super*, eodem sensu.

5. Cum. אֲלֵּי pro עִם. Thren. 3. v. 41. *Levemus corda nostra אֲלֵּי ad manus, id est, cum manibus ad Dominum,* Vulgat.

Ezech. 16. vers. 26. *Et fornicata es אֲלֵּי cum filiis Aegypti.*

6. אֲלֵּי pro אֶת articulo accusandi casus usurpatur. Psalm. 2. v. 7. אֲלֵּי אֶת אֶתְּנָה אֲנִי אֲנַסְּרָה *narrabo decretum.*

7. אֲלֵּי cum aliis quibusdam præpositionibus, in quarum naturam transit, conjungitur. אֲלֵּי מוֹל *e regione*: אֲלֵּי מִחוּץ *extra*: אֲלֵּי הַחוּץ *foris*: אֲלֵּי תַחַת *sub, pro, in locum, sive loco*: אֲלֵּי נֶכַח *coram, seu e regione*: אֲלֵּי עֵבֶר *trans*: אֲלֵּי מִבְּיֹתָי *extra*: אֲלֵּי אַחֲרַי *post*. Et cum adverbio אֲלֵּי הַנֶּגַם *frustrâ.*

De Præpositione אַחֲרַי, vel אַחֲרַי post.

MONOCANON.

Præpositio אַחֲרַי, sive אַחֲרַי, et ejus synonyma אַחֲרַי,



מִמָּקַץ cùm locum, tùm tempus interdùm ratione speciali denotant.

1. אַחַר *post*, si de loco accipiatur, nonnunquam pro nomine sumitur.

3. Reg. 14. v. 10. *Et removebo אחרי post domum Jeroboam, hoc est, asseclas domus Jeroboam, Vulgat. reliquias, hoc est, posteritatem.*

2. Præpositio *post*, si de tempore accipiatur, non semper ultimam temporis partem exactam, aut præteritam denotat, sed interdùm pro *intra* sumitur, ac interjectum, et adhuc vicens tempus significat.

Deuter. 31. v. 10. מִמָּקַץ *a fine septem annorum, Vulgat. post septem annos, hoc est, septimo anno, qui annus remissionis est, ut ibidem exponitur.*

*De Præpositionibus אֶת, עִים, עִמָּד, cum.*

#### MONOCANON.

Præpositio *cum* variis vocibus, speciali significatione gaudentibus, exprimitur.

1. אֶת, et sine makkaph אֶת. Ista præpositio cum affixis mutat (·) tsere in chirik katon sequente daghesc in ת, ut אֶתִּי *mecum*, &c. Interdùm tamen (·) tsere mutatur, in ו, sicuti cum pronominis vice fungitur, ut וְיִשָּׁכַב אֶתִּי *et cubavit cum illa*, Genes. 34. v. 2.: אֶתִּי *mecum*, Jos. 14. v. 12.: אֶתִּי *cum illo*, 4. Reg. 3. v. 12.: אֶתֶּם *cum illis*, Isai. 59. v. 11.

Atque ita punctuata hæc vox interdùm significat *ex*. Exod. 1. 7. וּתְמִלָּהּ הָאָרֶץ אֶתֶּם *repletaque est terra ex eis.*

Præterea אִתָּהּ cum, significat: 1.º comitatum, et conjunctionem, Exod. 1. v. 1. *Hæc sunt nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt in Ægyptum אִתָּהּ cum Jacob.* 2.º Intimam conjunctionem, seu potius identitatem personarum Sanctissimæ Trinitatis, Agg. 2. v. 5. *Et nunc confortare Zorobabel.... et omnis populus terræ.... et facite, quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus Exercituum. v. 6.* אִתָּהּ הַדְּבָרִים cum verbo; quo pepigi vobiscum (foedus).... et (cum) spiritu meo. 3.º Propinquitatem, Esth. 1. v. 10. *Itaque die septimo.... præcepit rex.... septem eunuchis, qui ministrabant אִתָּהּ פָּנָיו coram facies regis.* 4.º Auxilium, 4. Reg. 9. v. 3 2. מִי אִתָּי quis mecum est? hoc est, quis mihi auxiliaturus est? 5.º De, poniturque pro כִּי, vel כִּן, Numer. 35. v. 6. וְיָאֵת הָעָרִים &c. Vulgat. *de ipsisque oppidis, quæ Levitis dabitis &c.* 6.º Præter, 3. Reg. 11. v. 1. *Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, וְיָאֵת idque præter filiam Pharaonis.* Vide 2. Paralip. 17. v. 18.

Alia significata אִתָּהּ facilia sunt, ut v. g. cùm usurpatur pro contra, adversus. 1. Paral. 20. v. 5. Ezech. 21. v. 20. &c.

2. אִתָּהּ cum, eadem ferè significata obtinet ac præcedens אִתָּהּ, quare denotat: 1.º Conjunctionem, Gen. 39. v. 7. עִמִּי mecum. Sic Cant. 4. vv. 13. 14. Et in genere quamvis analogiam, sive convenientiam, ut Psalm. Hebr. 106. v. 6. *Peccavimus אִתָּהּ cum patribus nostris, id est, perindè ut patres nostri, videlicet, eorum peccata imitando.* 2.º Propinquitatem, seu vicinitatem, Gen. 25.



v. 11. *Et habitavit Isaac עם cum*, hoc est, *juxta puteum &c.* Vulgat. 3.<sup>o</sup> Præsens auxilium, Gen. 26. v. 3. *Et ero עם tecum, et benedicam tibi.* Hùc pertinet nomen עם Himmanuel, sive ut legit Vulgat. *Emmanuel*, id est, *nobiscum Deus*, quod Chald. Isai. 8. v. 10. interpretatur, *in auxilio nostro Deus.* 4.<sup>o</sup> Durationem respectu temporis יִירָאוּךָ עִם שֶׁמֶשׁ וְלִפְנֵי יְרַח יִירָאוּךָ *timebunt te cum sole, et ante lunam*; (in) *generationem generationum.* Vel, *timebunt te* (plur. ob nomen collectivum) *cum sole &c.*, hoc est, ut optimè reddit S. Hieron. *timebunt te quamdiu erit sol, et ultra lunam in generatione generationum.* Vulgat. *permanebit cum sole, et ante lunam*, Ps. Hebr. 72. 5.

3. עם *cum*, isthæc præpositio jungitur tantùm cum affixo primæ personæ, ut עם *mecum*, Gen. 3. v. 12.

De Præpositione עֵבֶר trans.

MONOCANON.

Præpositio Hebræa עֵבֶר *trans*, non semper ulteriorem partem loci significat, sed citeriorem; adeoque etiam vicina, et proxima citerioris partis loca.

Deut. 1. v. 1. *Hæc sunt verba, quæ loquutus est Moyses ad omnem Israël עֵבֶר trans Jordanem, in solitudine campestri &c.*, hoc est, cis, secundùm Jordanem, quem Moyses nunquam transiit. Sic Jos. 1. v. 14.

Isai. 9. v. 1. *Primo tempore alleviata est terra Zabulon, ex terra Nephthali... via maris עֵבֶר trans Jordanem*, hoc est, juxta Jordanem; Zabulon enim, Nephthali, et utraque Galilæa sunt cis Jordanem ratione Judææ.

## De Præpositione לְ super.

## MONOCANON.

Præpositio לְ super, præter communem significatio-  
nem, alias obtinet, quarum præcipuas operæ pretium  
est recensere. Significat itaque:

1. *Juxta*, Genes. 16. v. 7. *Et invenit eam* (Aga-  
rem) *Angelus Domini* לְ-עַיִן *juxta fontem*, Vulgat.
2. *Versus*, Gen. 19. v. 28. *Et respexit* (Abraham)  
.... לְ *versus universam terram regionis illius.*
3. *Ad*, Genes. 38. v. 12. *Et ascendit* (Judas) לְ *ad*  
*tonsores ovium suarum* &c.
4. *Coram*, maximè si jungatur cum פָּנִים *facies*, Exod.  
20. v. 3. *Non habebis Deos alienos* לְ-פָנַי *coram me.*
5. *In*, 2. Paral. 1. v. 1. *Confortatus est ergo Salo-*  
*mon....* לְ *in regno suo.*
6. *Ex*, Exod. 23. v. 13. *Nomen Deorum alienorum*  
*non recordabimini, non audietur* לְ *ex ore tuo.*
7. *Erga*, Gen. 19. v. 16. *In clementia Domini* עָלָיו  
*erga eum.* Eleganter Vulg. *eo quòd parceret Dominus illi.*
8. *Contra*, Numer. 14. v. 2. *Et murmuraverunt*  
לְ-מֹשֶׁה וְלְ-אַהֲרֹן *contra Moysen, et contra Aaronem.*
9. *Propter*, Genes. 26. v. 7. *Ne occidant me viri*  
*loci* לְ *propter Rebeccam* &c.
10. *Pro*, Levit. 4. v. 3. *Offeret* לְ *pro peccato suo*  
*vitulum* &c.
11. *De*, Genes. 41. v. 15. *Ego audiivi* עָלֶיךָ *de te.*  
Septuaginta.



12. *Cum*, Exod. 35. v. 22. *Et venerunt viri על cum mulieribus &c.*

*De Præpositione תחת sub, subter.*

#### MONOCANON.

Præpositio תחת *sub, subter*, præter communem hanc notionem, significat etiam :

1. *Locum*, Exod. 16. v. 29. *Manete unusquisque תחתו sub se*, hoc est, in loco suo, Vulg. *apud semetipsum.*

2. *Pro, loco, vice*, Gen. 4. v. 25. *Posuit mihi Dominus semen aliud תחת pro Abel, quem occidit Cain.*

3. *Propter, eo quòd*, Prov. 30. v. 21. *תחת שלש propter tria contremiscit, vel movetur terra &c.*, hoc est, terræ incolæ.

Interdum adjicitur אשר, Isaï. 53. v. 12. *תחת אשר pro eo quòd tradidit in mortem animam suam &c.*

### ARTICULUS III.

*De Præpositionum inseparabilium constructione, et significatione.*

**P**ræpositiones Hebræorum conjunctæ, sive *inseparabiles*, quatuor sunt, nempe: כ, ב, ל, מ, quæ idcirco dicuntur *inseparabiles*, quòd cum aliis vocibus componi debeant, ut certa ipsis constet significatio. Componuntur autem ab initio, unde et præfixæ vocantur.

*De Præpositione præfixa כ.*

Præpositionis hujus significatio primaria est *in cum*

ablativo, notatque vel locum, et subjectum in quo, ut בְּבַיִת *in domo*, Gen. 39. v. 5. בְּעַמּוּדָה *in populo tuo*, Exod. 22. v. 28., vel tempus, ut בְּרֵאשִׁית *in principio*, Gen. 1. v. 1., vel qualitatem, aut rem quamcumque, ut בְּאֱמוּנָה *in veritate*, Psalm. Hebr. 33. v. 4., hoc est, verum et constans est, sicque paraphrasim efficit *adjectivi*, et *adverbii*. Prætera כּ significat:

1. *Inter*, Psalm. Hebr. 68. v. 19. *Acceptisti dona בְּאַדָּם inter homines* distribuenda.

2. *Ad*, vel *in* cum accusativo, notatque vel causam finalem, Eccles. 10. v. 17. וְלֹא בְּגִבּוֹרָה וְלֹא בְּשִׁתִּי *ad robur, et non ad computationem*, Vulgat. *ad reficiendum* &c., vel motum ad locum, aut subjectum, Genes. 11. v. 4. *Faciamus nobis civitatem, et turrim, cujus culmen pertingat בְּשָׁמַיִם ad cælum*. Usurpatur etiam de tempore, 1. Reg. 1. v. 7. שָׁנָה בְּשָׁנָה *anno in annum*, hoc est, quotannis.

3. *Contra*, Gen. 16. v. 12. *Manus ejus (Esau) בְּכָל contra omnes, et manus omnium בְּוִי contra eum*.

4. *Ex*, *de*; atque ita innuit 1.° Causam materialem, Exod. 35. v. 32. *Ad faciendum opus בְּזָהָב ex auro, et argento, et ære, et ferro*. 2.° Subjectum cujuscunque actionis, Exod. 12. v. 43. *Omnis alienigena non comedet בְּוִי ex eo* (agno paschali). 3.° Motum actionis, et rei, Deuter. 6. v. 5. *Diliges Dominum Deum tuum בְּכָל לִבְבֶּךָ ex toto corde tuo*.

5. *Pro*, eoque innuitur: 1.° Commodum, 1. Reg. 19 v. 3. *loquar בְּךָ pro te ad patrem*. 2.° Pretium cum verbis *mercandi*; et quantitas cum verbis *æstimandi*, Deu-



teron. 2. v. 6. *Cibum emetis ab eis בְּכֶסֶף pro pecunia.*  
Isai. 2. v. 2 2. *Nam בְּמֶה pro quo estimatur ipse, hoc est,*  
*quanti.*

6. *Propter, Gen. 18. v. 28. An delebis בְּחַמְשָׁה prop-*  
*ter quinque (ex quinquaginta deficientibus) universam*  
*urbem?*

7. *Per, Num. 12. v. 2. Num בְּמֹשֶׁה per solum Moy-*  
*sen loquutus est Deus?*

8. *Cum, idque vel de causa instrumentali, aut mo-*  
*do actionis, Gen. 48. v. 22. Do tibi partem unam,....*  
*quam tuli de manu Amorrhæi.... בְּחַרְבִי וּבַקֶּשֶׁתִי cum gladio*  
*meo, et cum arcu meo, hoc est, gladio meo, et arcu meo.*  
Latini enim hanc præpositionem negligunt. Interdum כּ  
subintelligitur, Psalm. Hebr. 44. v. 3. יָדֶךָ manu tua  
gentes expulisti. Vel de causa principali, cujus auxilium  
indicatur, Psalm. Hebræorum 18. v. 30. בְּךָ in te, hoc  
est, tecum, tua ope, tuo auxilio, vel denique de con-  
junctione, et comitatu, Gen. 32. v. 10. בְּמַקְלִי cum ba-  
culo meo transivi Jordanem istum, hoc est, præter bacu-  
lum meum nihil mecum habebam, cum Jordanem hunc  
transivi.

9. *Sive, vel tam, quam, cum repetitur, et distribu-*  
*tive accipitur. Exod. 12. v. 19. Peribit anima illa de*  
*coetu Israël, בְּגֵר וּבְאֶזְרָה tam de peregrino, quam de indi-*  
*gena terra, vel, sive sit peregrinus, sive indigena.*

10. *Cum, vel quum, postquam, si infinitivo addatur,*  
*et gerundium in do constituat, Levit. 12. v. 6. בְּמִלְאָתָהּ*  
*cum expleti fuerint dies purificationis sue, Vulgat.*

11. Præfixa כ sæpiùs venit post verba, et modò *dativo*, modò *accusativo* exprimendo inservit, prout verbum latinum Hebræo respondens postulat. *Dativo*, Exod. 14. v. 31. *Et crediderunt* (Israëlitæ) ביהוה ובמשה *Domino, et Moysi seruo ejus.*

*Accusativo*, Gen. 31. v. 7. *Sed et pater vester* הָהֵל בִּי *fefellit me, Vulgat. circumvenit me.*

12. Quandoque deficit, quandoque redundat כ.

Deficit, Prov. 8. v. 22. *Dominus possedit me* רָאשִׁית *principium*, pro בְּרָאשִׁית *in principio*, sive ut Vulgat. *in initio viarum suarum*, quæ expositio confirmatur textu sequenti, *antequam quidquam faceret a principio* &c.

Interdùm ex præcedenti membro כ repetendum est, Exod. 6. v. 3. *Ego Dominus apparui Abrahamo, Isaaco, et Jacobo*, וְשָׁמִי יְהוָה, בְּאֵל שַׁדַּי *in Deo omnipotente*, וּבְשֵׁמִי יְהוָה, *supple כ, et in nomine meo Dominus non cognitus sum eis, Vulgat. nomen meum Adonai non indicavi eis.* Sensus autem hujus loci non est, quòd ignoraverint nomen Domini, sed innuit Deus illustriorem sui, suarumque perfectionum cognitionem factam fuisse Moysi, quàm Patriarchis istis, quibus facie ad faciem, sicuti Moysi, non apparuit. Vide Exod. 33. v. 11. Numer. 12. v. 8.

Redundat כ, Job 16. v. 10. al. 11. *Aperuerunt contra me* בְּפִיָּהֶם *in ore suo*, hoc est, os suum, Vulgat. *ora sua.*

Prov. 9. v. 5. *Venite, comedite* בְּלֶחְמִי *panem meum, et bibite* בַּיַּיִן *vinum, quod miscui vobis* &c. Sæpiùs enim כ istud post verba pleonasticum est.



## De Præpositione præfixa כ.

Prima ejus significatio est *sicut, tanquam*, Psalm. 1. v. 3. *Et erit כַּעֲצֵי sicut, Vulgat. tanquam lignum &c.*

Cùm geminatur כ, significat rerum inter se ex æquo comparisonem, Genes. 18. v. 25. *Et erit כַּצְדִּיק כַּרָּשָׁע sicut justus, sic impius*, concisè, pro et erit justus sicut impius, et impius sicut justus. Quandoque tamen כ repetitum *tùm, vel tàm, quàm* redditur, Zach. 9. v. 15.

Præterea כ significat:

1. *Circiter, propè*, notatque *numeri, mensuræ*, aut *temporis* conjecturam.

*Numeri*, Exod. 12. v. 37. *Profectique sunt filii Israël... כַּשֵׁשׁ circiter sexcenta millia virorum.*

*Mensuræ*, Ruth 2. v. 17. *Quæ collegerat (Ruth) virga cadens, et excutiens, invenit hordei כַּאֲיִפָּה circiter, Vulgat. quasi Epbi mensuram.*

*Temporis*, Gen. 18. v. 10. *Revertens, veniam ad te כַּעֵת הַזֶּה circa hoc tempus vitæ, Vulgat. tempore isto, vitæ comite.*

Hùc pertinet כַּמְעַט *circiter, parùm*, hoc est, *fermè, parùm* abfuit.

2. *Juxta, secundùm*, ita ut *normam, aut exemplar* respiciat.

Gen. 1. v. 26. *Faciamus hominem... כְּדְמוּתֵנוּ secundùm similitudinem nostram.*

3. *Quomodo, qua ratione*, Eccl. 11. v. 5. *Quomodo ignoras, quæ sit via spiritus, hoc est, quomodo anima*

creetur infundendo in corpus, et creando infundatur, et בְּעֶצְמוֹתָי *qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.*

4. Quùm, vel cùm, postquam, et ferè tempus præteritum notat, si videlicet infinitivus præponatur.

Gen. 27. v. 34. בְּשָׁמוֹעַ *cùm audisset Esau verba patris, Vulgat. auditis Esau sermonibus patris.*

Sic cum participio, Gen. 38. v. 29. *Et fuit כִּמְשִׁיב כִּמְשִׁיב cum retraxisset manum suam.*

Interdùm etiam כ cum infinitivo per similitudinem explicatur, 1. Reg. 15. v. 22. *Numquid vult Dominus holocausta, et victimas בְּשִׂמּוֹעַ sicut cum quis obtemperat voci Domini? Vulgat. et non potius ut obediatur voci Domini?*

Denique כ, et ו conjuncta similitudinem denotant, Eccles. 12. v. 7. *Et revertatur pulvis in terram suam, כְּשִׂוְיָהּ sicut, vel quemadmodum fuerat, Vulgat. unde erat.*

5. כ interdum deficit, interdum redundat.

Deficit, Gen. 49. v. 9. *Catulus leonis Juda, hoc est, sicut catulus. Sic Deut. 33. v. 22.*

Redundat, Job 30. v. 19. וְאַתְמוֹשָׁל כַּעֲפָר וְאַפָּר *et assimilatus sum sicut pulvis, et cinis, hoc est, pulveri, et cineri.*

*De Præpositione præfixa ל.*

Significatio primaria est *ad*, vel *in* cum accusativo, notatque 1.º *Motum* ad aliquid, Psalm. Hebr. 68. v. 19. *Ascendisti לְכִירוֹם in altum.*

2.º *Essentiam* rei, vel *conditionem*, et *statum*. *Essentiam*, Gen. 2. v. 7. *Et factus est homo לְנֶפֶשׁ in animam*



*viventem. Conditionem, et statum, Gen. 20. v. 12.*

*Et fuit mihi לאשה in uxorem.*

3.° *Adjectivi periphrasin, Isai. 7. v. 23. Omnis locus erit לשקור in veprem, hoc est, vepribus obsitus.*

4.° *Causam finalem, Isai. 58. v. 4. Ecce לריב ad litem, et contentionem jejunatis, hoc est, ut ad litigandum otium habeatis. Sic quando jungitur infinitivo, Jud. 6. v. 11. להגים ut fugeret a facie Madian.*

Præterea ל significat:

1. *In. 1.° de loco, et subjecto. Psalm. 9. v. 5. Sedisti לכסא in, vel super solium, estque pro כ, vel על. 2.° De instrumento, poniturque pro כ. Levit. 26. v. 7. corruent coram vobis (inimici vestri) לחרב in gladio, id est, per gladium. 3.° De tempore. Gen. 3. v. 8. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso לרוח in aura diei, hoc est, sub vesperam, quo tempore Zephyrus sese attollere, et aspirare solet.*

2. *Inter. Exod. 12. v. 2. Mensis iste... primus erit לחודשי inter menses anni, Vulgat. in mensibus anni.*

3. *Fuxta. Gen. 44. v. 13. Zabulon לחוף juxta litus, Vulgat. in litore maris habitabit.*

4. *Erga. 2. Reg. 18. v. 5. Leniter mihi לאבשלום erga puerum, erga Absalom, supp. agite. Vulgat. eleganter: servate mihi puerum Absalom.*

5. *Secundum. Gen. 1. v. 21. למינורו secundum speciem suam.*

6. *Contra. Prov. 1. v. 11. Abscondamus nos לבקאי contra insontem frustra, id est, sine causa.*

7. De. Genes. 20. v. 13. אָמְרִי לִי dic de me, frater meus est.

8. A, vel ab. 2. Paralip. 1. v. 13. Venit ergo Salomon לְבָמָה ab excelso Gabaon in Jerusalem.

9. Præ, propter, super. Num. 16. v. 34. At verò omnis Israël . . . fugit לְקוֹלֵם præ voce, vel propter vocem eorum, Vulgat. ad clamorem pereuntium.

Levit. 21. v. 11. Sacerdos magnus . . . לְאָבִיו וְלְאִמּוֹ super patre suo, aut matre sua non polluetur.

10. Pro, notatque 1.º commodum. Exod. 14. v. 25. Dominus enim pugnat לְהֵם pro eis contra nos. 2.º Loco, seu vice significat. Gen. 11. v. 3. Habueruntque lateres לְאַבֵּן pro saxis.

11. Cum. 1.º De auxilio. Gen. 31. v. 42. Nisi Deus patris mei Abraham . . . לִי fuisset mecum, Vulgat. adfuisset mihi.

Psal. Heb. 124. v. 1. Nisi quia Dominus erat לָנוּ nobiscum &c. Vulgat. in nobis.

2.º De conjunctione, vel comitatu. Gen. 46. v. 26. Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt לְיַעֲקֹב cum Jacob in Ægyptum. Sic etiam Vulgat.

12. Sicut. Isai. 1. v. 31. Et erit fortis לְנִעֲרָה sicut stupa, et opus ejus לְנִיּוֹץ sicut scintilla, Vulgat. ut favilla stupa . . . quasi scintilla.

13. Quoad, quòd attinet. Prov. 25. v. 3. Ut cælo לְרוֹם quoad altitudinem, et terræ לְעִמְקָם quoad profunditatem; ita animo regis non est peruestigatio.

14. Quamvis לְ dativì casus propriè articulus sit,



aliis tamen casibus interdum inservit. Equidem 1.° Nominativo, quando cum verbo substantivo construitur. Ezech. 37. v. 27. *Ero eis לאלהים Deus, et ipsi erunt mihi לַעַם populus.* 2.° Genitivo, cum rei alicujus auctor, vel professor memoratur. Auctor, ut Psalm. 3. v. 1. מְזַמֵּר לְדָוִד *Psalmus David.* Professor, Gen. 32. v. 18. לְעַבְדְּךָ *servi tui Jacob sunt ea &c.* ל istud cum pronomi-  
nibus affixis in eo casu conjunctum, ea interdum ex demonstrativis, seu personalibus, efficit possessiva, ut Psalm. Hebr. 50. v. 10. לִי *mea est omnis bestia sylvæ,* Psalm. Hebr. 119. v. 94. לְךָ *tuus sum ego &c.* Habac. 2. v. 6. *væ ei, qui multiplicat לָהּ לא non sua.* Denique cum quævis alia relatio notatur, ut Gen. 7. v. 11. *Anno sexcentesimo לְחַיֵּי vitæ Noe.* 3.° Dativo, idque communiter. Gen. 21. v. 7. *Quis dixisset לְאַבְרָהָם Abrahamo.* 4.° Accusativo, quando videlicet cum verbis, hunc casum in lingua latina regentibus, construitur. 2. Reg. 3. v. 30. *Igitur Joab, et Abisai frater ejus occiderunt לְאַבְנֵר Abnerum.*

13. ל infinitivo præpositum, diversimodè exponitur. 1.° Per gerundium in *di.* 2.° Per gerundium in *dum.* 3.° Per gerundium in *do.* Vide lib. I. Art. III. De Gerundiis. 4.° Per infinitivum; tuncque supervacaneum est ל. In hac locutione verbum finitum quandoque deficit. Jud. 1. v. 19. *Nec להזריש expellere, seu delere habitatores vallis, supple potuit.* 5.° Per participium. Jos. 2. v. 5. *Et erat porta לְסָגוֹר claudenda, Vulgat. cumque porta clauderetur.* 6.° Per nomen. Isai. 5. v. 4. *Expectavi לְעִשׂוֹת*... *ut faceret uvas.* 7.° Per adverbium על הָרַע כַּפַּיִם לְהִיטִיב

ad male faciendum manibus egregiè. Mich. 7. v. 3. proni, seu intenti sunt. In hac phrasi ל̄ interdum deficit.

1 6. Quandoque ל̄ deficit, quandoque redundat.

Deficit, 2. Reg 15. v. 31. וְיָדוּדַי pro וְיָדוּדַי *Davidi autem nuntiatum est*, Jerem. 23. vers. 17. וְכָל pro וְכָל *et omni &c.*

Interdum ל̄ ex præcedenti membro repetendum est. Gen. 41. v. 12. *Interpretatus est (Joseph) לָנוּ nobis somnia nostra*, וְאִישׁ pro לְאִישׁ *cuilibet secundum somnium suum*. Vide Deut. 33. v. 4. ubi est, וְקָהָלָה pro לְקָהָלָה *congregationi, seu multitudini Jacob*.

Redundat 1.º Quando nomini præfigitur, et nominativus simpliciter intelligitur. 1. Paral. 3. v. 1. *Hi sunt autem Davidis filii...* v. 2. *tertius לְאַבְשָׁלוֹם Absalom*. 2.º

Quando præpositionibus emphaticè subjungitur, ut Gen. 1. v. 6. *Et dividat (firmamentum, seu expansum, aut aër) בֵּין מַיִם לְמַיִם inter aquas ad aquas*, id est, inter aquas, et aquas; videlicet inter aquas superiores, quæ sunt nubes; et aquas inferiores, puta flumina, lacus, maria.

3.º Quando vocibus indeclinabilibus præfigitur, ut לְלֵאָה, לְאִתָּן, לְבִלְיָ, לְבִלְתִּי *ad non*, hoc est, absque לְאַחֲרָי *retrorsum*, לְאֵל *ad non*, hoc est, in nihilum, לְבַעֲבֹר *ad propter*, hoc est, propter, לְחוּץ *ad extra*, id est, foras &c., in quibus omnibus ל̄ pleonasticum est. Denique ל̄, sicuti duo præfixa ב, et כ, sumit syllabam מו, non adsignificantem aliquid, sed expletivam tantùm; idque maximè in libris poëticis, ut Job 27. v. 14. לְמוֹ-חַרְבַּי *ad gladium*.



## De Præpositione præfixa ו.

Præpositionis hujus significatio primaria est 1.º *A*, vel *ab*. 2.º *De*, vel *ex*. 3.º *Præ*.

*A*, vel *ab*, notatque 1.º Causam efficientem, Psalm. Heb. 118. v. 3. מֵאֵת יְהוָה *a Domino factum est istud*. 2.º Temporis circumstantiam, Isai. 64. v. 3. וּמֵעוֹלָם *et a seculo non audietur* &c. 3.º Loci circumstantiam, Job 39. v. 29. לְמִרְחֹק *a*, Vulgat. *de longe oculi ejus*. 4.º Negationem, aut privationem, idque vel ante verbum infinitum, cujus constituit gerundium in *do*, ferèque explicatur per *ne*, ut *non*, Gen. 31. v. 29. *custodire tibi* כִּדְבַר *a loquendo*, id est, *ne loquaris cum Jacob*; vel ante nomina, ubi negationem pariter, aut privationem innuit. 1. Reg. 15. v. 23. *abjecit te Dominus* מִמֶּלֶךְ *a rege*, hoc est, *ne sis rex*, Vulgat.

Hùc pertinet, quando ו cum אַחֲרַי *post*, conjungitur, 2. Reg. 20. v. 2. *Et ascendit omnis vir Israël* מֵאַחֲרַי דָּוִד *a post Davidem*, hoc est, *ne deinceps sequeretur Davidem*. 5.º Distributionem, si cum sequente עַד *usque ad*, jungatur, Gen. 31. v. 24. *cave tibi, ne loquaris cum Jacob* עַד־רַע מִטּוֹב *a bono ad malum*, hoc est, sive bonum, sive malum, quo eum a proposito suo deterreas.

2. *Ex*, vel *de*, ac indicat 1.º Causam materialém, Cant. 3. v. 9. *Ferculum, sive lecticam fecit sibi rex Salomon* מִעֵצֵי *de lignis Libani* &c. 2.º Motum ex loco, Ose. 11. v. 1. מִמִּצְרַיִם *ex Aegypto vocavi filium meum* &c. 3.º Subjectum ex, vel de quo, Gen. 15. v. 4. *Qui egre-*

dicitur מֵאִמִּיךָ ex utero tuo, ipsum habebis heredem, hoc est, qui ex te nascetur. 4.º Aliam quamlibet circumstantiam, Job 23. v. 12. *A mandatis labiorum ejus* (Dei) non recessi מִפִּיךָ ex instituto meo, id est, more meo, abscondi verba oris ejus, hoc est, abscondita, recondita apud me servavi.

3. *Præ*, atque in hac significatione notat 1.º Causam, Psalm. 6. v. 8. *Contabescit* מִכַּעַם præ indignatione oculus meus, hoc est, propter indignationem. In hac locutione defectus rei sæpè innuitur, ut Psalm. Heb. 109. v. 24. *Caro mea emaciatur* מִשֶּׁמֶן præ defectu pinguedinis, Vulgat. *propter oleum*. 2.º Comparationem tùm in nominibus, Prov. 8. v. 11. *Bona est sapientia* מִפְּנִינִים præ margaritis, id est, melior. Infinitivus loco nominis interdum etiam adhibetur, Psalm. Heb. 118. v. 8. *Bonum est confidere in Domino*, מִבְּטַח quàm sperare in homine, hoc est, meliùs. Tùm in verbis, iisque tàm neutris, quàm activis. Neutris, 2. Reg. 1. v. 23. *Saiil, et Jonatas* מִנְּשָׂרִים קָלוּ מִנְּאֲרֵיֹת גְּבֵרֵי præ aquilis veloces, præ leonibus fortes fuere, hoc est, aquilis velociore, leonibus fortiores, Vulgat.

Præter significata superiùs allata מ significat etiam:

1. *Propter*, eo quòd, et causam moventem, ac finalem denotat, Deut. 7. v. 8. *propter amorem Domini erga vos*, וּבִשְׂמֵיךָ et propter custodire eum juramentum suum, Vulgat. *quia dilexit vos Dominus*.

Hùc pertinet Jerem. 10. v. 6. *propter non (esse) sicut tu Domine*, hoc est, *quia non est similis tui Domine*, Vulgat.



2. *Ante*, de tempore, Psalm. Heb. 9 3. v. 3. *Parata sedes tua* מֵאֲנֹ *ante tunc*, hoc est, ante illum certum ac finitum tempus, de quo vox *tunc* ab homine enuntiari possit, unde sequitur: *a seculo tu es*.

3. *Post*, Gen. 2. v. 2. *Et requievit (Deus) die septimo* מִכָּל-מַלְאכָתוֹ *post omne opus suum, quod fecerat*.

4. *Ad, versus*, cùm motum ad locum denotat, Isai. 17. v. 13. *Et fugiet* מִמֶּרְחֵק *ad longinquum*, Vulg. *procul*.

5. *Apud*, cùm, vel locus, vel aliud subjectum denotatur, Exod. 33. v. 6. *Deposuerunt ergo filii Israël ornatum suum* מִהָרַר *apud montem Horeb*.

6. *In*, vel de tempore, vel de loco, Exod. 32. v. 30. *Et fuit* מִפּוֹחֲרֵת *in crastino die*, Vulgat. *facto autem altero die*.

7. *Contra*, Jerem. 3. v. 20. *Sicut perfidè agit mulier* מִרְעֵה *contra socium suum: sic perfidè agit* בִּי *contra me domus Israël*.

8. *Cum*, Deut. 33. v. 2. *Et venit (Dominus)* מִרְבֵּבָת *cum decem millibus sanctorum*.

Denique מ interdum *deficit*, interdum *redundat*.

Deficit, Gen. 18. v. 28. *Si forsitan defuerint* חֲמִשִּׁים *pro* מֵחֲמִשִּׁים *de quinquaginta justis quinque &c.*

Redundat מ in illis vocibus, quibuscum jungitur, ut מִטָּרַם *ab ante*, hoc est, priusquam: מִתַּחַת *de sub*, hoc est, sub, subter: מֵעַל *de super*, hoc est, super; supra: מִלְּמַטָּח *de infra*, hoc est, infra: מִלְּפָנָי *de ante*, hoc est, ante: מִלְּפָנֶיךָ *de coram*, hoc est, coram, in quibus ל, et מ concurrunt: מִפְּנֵיךָ *de coram*, hoc est, coram: מֵעֵבֶר *de trans*,

hoc est, trāns : מִעִם *de cum*, hoc est, cum, vel a, aut ab.  
 Sic מֵאַתָּה idem : מֵעַתָּה *a nunc* : מִשָּׁם *de illic*, id est, inde:  
 מִחוּץ *de extra*, id est, extra : מֵאַיִן *a non*, hoc est, non. Et  
 sic plura alia, quorum usus, et structura in sermone  
 Hebræo elegans est. Talia quædam apud Latinos occur-  
 runt, ut *de repente*, Cicer. *de procul*. Plaut. *de subitò*.

## CAPUT VIII.

*De Conjunctione.*

**C**onjunctio vel *enuntiativa* est, vel *ratiocinativa*.

Enuntiativa ea est, qua orationis partes cohærent; id-  
 que tùm *affirmativè*, et hæc conjunctio *copulativa*, et  
*conditionalis* est: tùm *appositè*, et ista conjunctio *disjunc-*  
*tiva*, et *adversativa* dicitur.

Ratiocinativa est, qua enuntiationis, sive orationis  
 pars, alia ex altera ratiocinando, velut asseritur; estque  
 vel *causalis*, qua antecedentis causa redditur; vel *conclu-*  
*siva*, qua, ex antecedente consequens concluditur.

Sex itaque numerantur conjunctionum species; nam,  
 ut suprà lib. I. cap. 16. diximus, aliæ sunt copulativæ,  
 aliæ conditionales, aliæ disjunctivæ, aliæ adversativæ,  
 aliæ causales, aliæ denique conclusivæ; de quibus se-  
 quentibus articulis.



## ARTICULUS I.

## De Conjunctione copulativa.

## CANON I.

**I**nter conjunctiones copulativas omnium prima est ו, quod præterea in verbis mutat vulgò præteritum in significationem futuri, et vice versa, futurum in significationem præteriti.

Motio genuina ו est sceva, ut diximus lib. I., quod sceva retinet ante præteritum, illudque commutat in significationem futuri, modò præteritum istud non incipiat a labiali; tunc enim ו fit scurek, aut modò prima litera non habeat (־) nam ו afficitur (־), ut וַיֵּכָר *et transibit Dominus*, Exod. 12. v. 23. וַיִּפְחַד *et expavescet*, Isai. 19. v. 16. וַיַּבְדִּתֶם *et servietis*, Exod. 23. v. 25. Si tamen præcesserit aliud præteritum, aut futurum pro præterito positum, ו istud præterito præfixum copulat tantùm, non verò convertit, Isai. 41. v. 4. מִי־פָעַל וַעֲשֵׂה *quis fecit, et operatus est?*

Ante futurum ו conversivum notatur cum (־); et præterea, syllabæ complendæ gratia, imprimit daghesc forte characteristicæ, quæ si fuerit ׀ in quo, utpotè gutturali, daghesc istud non recipitur, pro (־) ו habet (־).

Exod. 12. v. 27. וַיִּשְׁתַּחֲוּוּ וַיִּקְרָא הָעָם *et inclinavit se populus, et adoravit*: sic passim וַיֵּדֵי *et fuit*, sine daghesc in ׀; quia ex litera sceva affecta excidit sapiùs, et semper, aut saltem ferè semper, ex isto ׀ tertiæ personæ

næ futuri caractere, 3. Reg. 8. vers. 20. וְאֶבְנֶה et *adificavi*.

Excipiuntur duo, in quibus ו istud ante & afficitur (-) loco (׀), 2. Reg. 1. vers. 10. וְאֶמְוֹתֶהוּ et *occidi illum*, Ezech. 16. v. 10. וְאֶכְסֶה et *operui te*; sed possunt esse futura pro præteritis posita, nec per ו conversa.

Quandoque etiam adverbium temporis אָז tunc, tùm, futuro præpositum, illud in præteritum mutat, ut Exod. 15. v. 1. אָז יִשְׂרָאֵל tunc *cecinit*, Deut. 4. v. 41. אָז יִבְדִּיל tunc *divisit* &c.

Interdum tamen ו illud copulat tantùm, et non convertit, Isai. 5. v. 5. וְיִשָּׂח et *incurvabitur homo*, וְיִשְׁפַל et *humiliabitur vir*.

E contrario ו conversivum in præterito, et futuro ea convertit solùm, non verò copulat.

Gen. 22. v. 4. Die autem tertio וַיִּשָּׂא *sustulit Abraham oculos suos* &c.

Exod. 12. v. 15. Quicumque comederit fermentatum, וַיִּכְרַתָּהּ *peribit anima illa de Israël*. Sic in initiis librorum, ut Ruth 1. v. 1. וַיְהִי *fuit* &c.

## CANON II.

Præter hunc copulandi, et convertendi usum, ו illud pluribus etiam aliis significationibus insignitur, ac significat quidem:

1. *Etiam*, Prov. 24. v. 27. *Prepara foris opus tuum ... postea וּבְנִיתָ etiam edificabis domum tuam*. Posset etiam ו spectari, eo loci, ut simpliciter convertens.



2. *Si*, Exod. 12. v. 13. וְרָאִיתִי si *videro sanguinem, tunc transibo.*
3. *Aut*, Exod. 12. v. 5. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus וְאֶחָדָם מִן הַחֲבִישִׁים וּמִן הַצִּיִּים תִּקְחוּ ex ovis, aut ex capris accipietis.
4. *Sed, autem, verò*, Gen. 3. v. 3. וּמִפְרֵי de fructu verò ligni.
5. *Tamen, attamen*, Psalm. Hebr. 44. v. 18. Hæc omnia venerunt super nos, וְלֹא neque tamen obliti sumus te.
6. *Quamvis*, Gen. 18. v. 27. Loquar ad Dominum meum וְאַנְכִי quamvis, Vulgat. Cùm sim pulvis, et cinis.
7. *Quia, enim, nam*, Gen. 20. v. 3. Et morieris propter mulierem, quam tulisti; וְהוּא quia juncta est marito, Vulgat. habet enim virum.
8. *Ut*, Exod. 7. v. 16. et cap. 8. v. 1. Dimitte populum meum, וְיַעֲבֹדֵנִי, Vulgat. ut mihi seruiat.
9. *Itaque*, Amos 5. v. 27. וְהִגַּלְתִּי itaque migrare vos faciam.
10. *Cum*, Gen. 46. v. 1. Profectus est itaque Israël, וְכָל cum omnibus, quæ habebat, Vulgat.
11. *Tunc*, Gen. 3. v. 5. Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederetis ex eo, וְנִפְקְדוּ tunc aperientur oculi vestri &c. Vulgat. non expressit ו, quod potest, eo loci, tantum convertere.
12. *Donec*, Gen. 18. v. 4. requiescite sub arbore. . . . וְאֶתְקַח donec capiam buccellam panis.
13. *Quùm, quando*, Gen. 47. v. 30. וְשָׁכַנְתִּי quùm

*dormiero cum patribus meis, וַיִּשְׁאֲתָנִי tunc tolles me ex Ægypto.*

14. *Imò, quin, Proverb. 6. v. 16. Sex sunt, quæ odit Dominus, וְשִׁבְעַי imò septem detestatur anima ejus; æquè enim coram Deo abominabilia sunt scelera, quæ priori senario continentur, atque illud, quod septimo loco ponitur. Vide etiam c. 30. vv. 15. 18.*

15. *Sic, vide in adverbii comparandi Canon II.*

16. *Nempe, Jerem. 40. v. 8. Et venerunt ad Godoliam in Mitspa, et Ismaël filius Nathania &c., hoc est, nempè Ismaël &c.*

17. *Inquam, Gen. 14. v. 23. Si a flo usque ad corrigam caligæ, וְאִם si, inquam, accepero ex omnibus, quæ tua sunt, Vulgat. non accipiam, idem sensus, juramentum enim negationem hîc includit.*

18. *Id est, cùm aliquid clariùs exprimitur, Gen. 35. v. 12. Terram, quam dedi Abraham, et Isaac, id est, (daturum me promisi) dabo tibi וְיָלֶדְתִּיךָ, id est, semini tuo post te.*

19. *Qui, quæ, quod, Isai. 8. v. 3. Et accessit ad prophetissam, וַתֵּהָרַר quæ concepit, et peperit filium.*

20. *An? utrum? numquid? Ezech. 18. v. 13.... וְהִי an vivet? Vide etiam v. 24.*

21. *interdùm deficit, interdùm abundat.*

*Deficit, 1. Reg. 4. v. 8. Hi sunt Dii, qui percusserunt Ægyptum, sive Ægyptios in omni plaga (in Ægypto) בַּמִּדְבָּר in deserto, pro וּבַמִּדְבָּר et in deserto, hoc est, in mari rubro, quod deserto adjacet &c.*



Abundat, 1.º Quando solummodò convertit futurum in præteritum, et vice versa, non verò copulat. Vide suprà Canon I. hujus articuli.

2.º Quando aliis vocibus præfigitur, Lev. 7. v. 16. *Et a die crastino וְהִנּוּתָר reliquum ex eo comedetur.*

3.º Sæpè ו pleonasticè ponitur in initiis librorum, capitum, et quarumlibet sententiarum, ubi non copulat, sed inchoat sermonem, idque ex usu, et proprietate linguæ Sanctæ; quare a Kimki in libro Radicum vocatur וּו תחלת הדברים *Vav principium verborum.* Incipiunt autem ab hac litera *Exodus, Leviticus, Josue, Judices, Ruth, quatuor libri Regum, 2. Paralipom., Esdras, Esther, Ezechiël, et Jonas.* Vulgò etiam narrationes historicæ incipiunt a ויהי *et fuit*; et plurima capita, quorum singuli versus ab hac litera incipiunt.

### CANON III.

Pro conjunctione copulativa aliæ interdùm usurpantur particulæ.

1. Relativum אשר *qui, quæ, quod*, Eccles. 5. v. 17. *Hoc itaque visum est mihi וְאֶשֶׁר יָפָה טוב וְאֶשֶׁר יָפָה bonum, et pulchrum comedere &c., pro ויפָה.*

2. Præpositio עם *cum*, 1. Reg. 16. v. 12. *Erat autem (David), rufus וְעִם יָפָה et pulcher aspectu.*

### CANON IV.

In copulativa enuntiatione contingit quandoque, quòd copulativa omittitur in pluribus membris, cùm, vel se-

mel poni debuisset. E contra quandoque pluries, quàm necesse erat, conjunctio copulativa repetitur.

1. Conjunctiono omittitur, Exod. 15. v. 9. *Dixit inimicus: persequar, comprehendam, dividam spolia, implebitur, seu explebitur eis anima mea, evaginabo gladium, interficiet eos manus mea;* pro *persequar, et comprehendam,* Vulgat. Alia exempla vide Jud. 5. v. 17. 1. Reg. 15. vers. 6.

2. Conjunctiono repetitur, Gen. 25. v. 34. *Et Jacob dedit Esau panem, et jusculum, seu edulium lentium, et comedit ille, et bibit, et surrexit, et abiit, et contempsit Esau primogenita sua,* vide c. 43. v. 8. Jos. 7. vv. 11. 24. et alibi.

Conjunctionis copulativæ repetitio distributionem nonnunquam denotat, Psalm. Hebr. 76. v. 7. *Ab increpatione tua, Deus Jacob, יָרַדְם וַיִּרְכַּב וָסוּסִים consopitus est, et currus, et equus, hoc est, cum currus, tum equus. Seu consopiti sunt, vel perierunt, tam qui currus, quàm qui equos ascendebant, Vulgat. dormitaverunt, qui ascenderunt equos.*

#### CANON V.

Conjunctio copulativa non solum conjungit, sed interdum in eo, cui additur, singulare aliquid designat, et per advèria *maximè, prasertim, potissimum* &c., exponenda est.

Jos. 2. v. 1. *Ite, et considerate terram, et Jericho, hoc est, et potissimum Jericho.*



## CANON VI.

Copulativæ ׀, et ׀ *etiam*, præter copulandi officium, quandoque non carent emphasi; eaque de iis in specie notanda sunt.

1. Augendæ, et intendendæ sententiæ inserviunt, Gen. 18. v. 23. ׀ *an etiam perdes justum cum impio?* Vide etiam cap. 31. v. 15.

2. ׀ ׀ in collatione rerum affirmativa valet *quantò magis*; in negativa *quantò minus*.

In affirmativa, Deuter. 31. v. 27. *Adhuc vivente me .... semper contentiosè egistis contra Dominum, ׀ ׀ quantò magis, cùm mortuus fuero.* Sic 1. Reg. 14. v. 30. Prov. 11. v. 31.

In negativa, 3. Reg. 8. v. 27. *Si cælum, et cæli cælorum te capere non possunt: ׀ ׀ quantò minus domus hæc, quam edificavi?* Sic Job 9. v. 14.

Extra comparationem ׀ ׀ significat *eo quòd, quia*, Prov. 21. v. 27. *Hostiæ impiorum abominabiles (sunt coram Domino), ׀ ׀ quia in scelere, Vulgat. ex scelere offeruntur.*

׀ ׀ *etiam quia*, significat quoque *etiamsi, etsi, quamvis*, Psalm. Hebr. 23. v. 4. ׀ ׀ *etiamsi ambulavero in medio umbra mortis &c.* Et sola conjunctio ׀, Psalm. Hebr. 95. v. 9. *ubi tentaverunt me patres vestri, probaverunt, seu tentaverunt (me inquam), ׀ ׀ etiamsi vidissent opera mea, plena prodigiis.*

3. ׀ *etiam*, interdùm repetitur, nec sine emphasi,

Genes. 50. v. 9. *Habuit quoque* (Joseph) *in comitatu* גַּם-פָּרָשִׁים גַּם-רֶכֶב *etiam currum* (Vulgat. currus), *etiam equites*, hoc est, tùm currus, tùm equites. Sic Exod. 12. vers. 31.

Conjunctio וְ interdùm cum altera 1 pleonasticè conjungitur, Levit. 26. v. 42. *Et recordabor fœderis mei* (cum) *Jacob*, וְיִצְחָק *et etiam fœderis mei* (cum) *Isaac*, וְאַבְרָהָם *et etiam fœderis mei* (cum) *Abraham*, hoc est, cum Jacob, et Isaac, et Abraham, Vulgat. Ad duas illas conjunctiones interdùm accedit גַּם, Ibid. v. 44. וְיִצְחָק גַּם-יִצְחָק *et etiam quoque hoc*, pro attamen.

## ARTICULUS II.

### *De Conjunctione conditionali.*

#### CANON I.

**P**ro conjunctione *si*, aliæ orationis partes interdùm usurpantur.

Pronomen relativum אֲשֶׁר *qui, quæ, quod*, Levit. 4. v. 22. אֲשֶׁר נָשָׂא יְהוֹשֻׁעַ, Vulgat. *si peccaverit princeps &c.* Confer vv. 3. 27. ubi in simili loquutione est אֲשֶׁר, vide etiam Deut. 11. v. 27. et confer v. 28. ubi pro אֲשֶׁר legitur אֲנִי, 3. Reg. 8. v. 31. אֲנִי אֲשֶׁר *si peccaverit quis in proximum suum &c.*, cujus loco 2. Paralip. 6. v. 22. habetur אֲנִי *si*.

#### CANON II.

Conditionalis *si* aliam quandoque significationem obtinet, poniturque sæpissimè.



1. Pro adverbio interrogandi, Jud. 9. v. 2. *Quid vobis est melius, ut dominantur vestri septuaginta viri, omnes filii Jerobaal, אִם אֲנִי an ut dominetur unus vir?*

Et cum præfixo הַ interrogativo, Job 6. v. 13. אֲנִי הַיֵּן nonne הַיֵּן nullum auxilium meum in me est? hoc est, omni prorsus auxilio destituor, Vulgat. *Ecce non est auxilium mihi in me.*

2. Pro adverbio negandi, quod fit in formulis juramenti ellipticis, cum membrum orationis conditionalis, quod mali imprecationem continet (si jurans fallat), per aposiopesisin reticetur; tuncque conditionalis, sensum quod attinet, idem est ac non, Gen. 14. v. 22. *Levo manum meam ad Dominum, id est, juro, v. 23. אִם si a filo usque ad corrigiam caligæ, אִם הִנֵּנִי si, inquam, accepero ex omnibus, quæ tua sunt, hoc est, juro, quod non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, Vulg. 3. Reg. 1. v. 5 1. Juret mihi Rex Salomon hodie, אִם si interficiet servum suum gladio, hoc est, quod non interficiet, Vulgat.*

Quandoque negativa אִם, in hac loquendi formula usurpatur, Ezech. 14. v. 18. *Vivo ego, dicit Dominus, אִם non liberabunt filios, neque filias, pro אִם si liberabunt.* E contra אִם אִם nonnunquam affirmativum sensum habet, 3. Reg. 20. v. 23. *Pugnemus contra eos in campetribus: אִם אִם si non prævalebimus eis, hoc est certè prævalebimus, Vulg. et obtinebimus eos.*

Pro אִם אִם quandoque est 1.º Copulativa וְ, quæ tunc vertitur quia, Ezech. 35. v. 11. *Vivo ego, dicit Dominus Deus, וְעָשִׂיתִי quia faciam juxta iram tuam &c.*

2.° כִּי quia, quoniam, 3. Reg. 2. v. 23. *Juravit itaque rex Salomon.... Hæc faciat mihi Deus, et hæc addat, כִּי quia contra animam suam loquutus est Adonias verbum hoc*, pro אִם si non contra animam suam, vide Ruth v. 17.

3. Pro conjunctione causali quia, Job 14. v. 5. אִם quia breves dies hominis sunt &c.

Sic etiam אִם pro quandoquidem ponitur, Psalm. Hebr. 139. v. 19. אִם Si occideris, Deus, peccatores &c., hoc est, quandoquidem occisurus es &c.

4. Pro adverbio indeterminati temporis cum, postquam, Isai. 4. v. 3. *Omnis qui relictus fuerit in Sion.... Sanctus vocabitur...* v. 4. אִם si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, hoc est, postquam abluerit, vide Prov. 3. v. 24. Amos 7. v. 2. &c.

### CANON III.

Conjunctio conditionalis quandoque deest, quandoque etiam redundat.

Deest, Gen. 42. v. 38. וְקָרָאָהוּ Et (si) quid ei (Benjamin) adversi acciderit in via &c., pro וְאִם.

Redundat אִם quando aliis particulis otiosè conjungitur, ut Genes. 28. v. 15. אִם אֲשֶׁר עַד אֲשֶׁר usque quo si, pro אֲשֶׁר עַד אֲשֶׁר usquequo, donec &c. Cap. 47. v. 18. אִם בְּלִתי pro solo בְּלִתי præter, Ezech. 20. v. 39. אִם אַחַר אֲשֶׁר pro אַחַר אֲשֶׁר posteaquam, ubi אֲשֶׁר subauditur, et abundat אִם; vel, ut aliis placet, אִם ponitur pro אֲשֶׁר.



## ARTICULUS III.

## De Conjunctione disjunctiva.

## CANON I.

**C**onjunctio disjunctiva *aut*, *sive*, non semper separandi, sed interdum, distinguendi tantum, imò et conjungendi vim habet.

Levit. 4. v. 22. *si peccaverit princeps....* vers. 23. וְהָיָה *aut notum factum fuit ei peccatum*, Vulgat. *et postea intellexerit peccatum suum.*

## CANON II.

Disjunctiva particula interdum deficit.

4. Reg. 9. v. 32. *Et inclinaverunt se ad eum* (Jehu) *duo, tres eunuchi*, hoc est, *duo, vel tres eunuchi*, Vulg.

## ARTICULUS IV.

## De Conjunctione adversativa.

## CANON I.

**P**ro adversativa *sed*, aliæ etiam particulae usurpantur.

1. Conjunctio copulativa ו, cujus exempla vide supra Art. I. Can. II. n. 4.

2. Conjunctio causalis כִּי *quia*, Psalm. Hebr. 37. v. 19. *Non confundentur* (justi, seu immaculati) *in tempore malo....* v. 20. כִּי *sed peccatores peribunt.*

## CANON II.

Pro adversativa *atqui*, et *attamen*, interdum usurpatur conclusiva לָכֵן *propterea*, *idcirco*.

1. Pro *atqui*, Gen. 4. vers. 15. *Dixitque ei* (Caino) *Dominus: לָכֵן atqui omnis, qui occiderit Cain septuplum punietur*, Vulgat. *nequaquam ita fiet &c.* pro לָכֵן legebat לֹא כֵן *non sic, nequaquam*.

2. Pro *attamen*, Ose. 2. v. 14. לָכֵן *attamen ecce ego lactabo eam, et ducam in solitudinem, et loquar ad cor ejus*, hoc est, quamvis populus Israëliticus (de quo sub uxoris adulteræ imagine loquitur Deus) a me recesserit; attamen lactabo eum, ducam in solitudinem, et cordi ejus jucunda loquar, seu consolabor eum. Phrasis enim *loqui ad cor*, consolari significat.

## CANON III.

Pro adversativa *quamvis*, *etsi*, sæpè causalis כִּי *quia*, ponitur.

Exod. 13. v. 17. *Num eos* (Israëlitas) *duxit Deus per viam terræ Philistim; כִּי quamvis vicina esset*, Vulg. *quæ vicina est*.

## ARTICULUS V.

*De conjunctione causali.*

## CANON I.

Conjunctio causalis *quia*, *quòd* &c. aliis etiam modis, quàm per כִּי exprimitur.



1. Copulativa ו, Gen. 14. v. 18. *At verò Melchisedech proferens panem, et vinum, וְהָיָא Vulgat. erat enim sacerdos Dei altissimi &c.*
2. Conditionalis *si* vide art. præced. Can. II. n. 3.
3. Conclusiva על־כֵּן *quapropter, ideo*, Psalm. Heb. 45. v. 8. *Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem, על־כֵּן quia unxit te, Deus, Deus tuus oleo letitia, præ consortibus tuis; non enim Deus Pater unxit filium suum Christum, quia rectè administravit regnum, sed ideo unxit, ut rectè illud administraret. Confer Isai. 61. v. 1.*
4. Pronomine אֲשֶׁר *quod*, Gen. 34. v. 13. אֲשֶׁר *quia* polluerat (Sichem) Dinam sororem eorum.
5. אֲשֶׁר עָקַב *propterea, quòd*, Gen. 22. v. 18. *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, אֲשֶׁר עָקַב quia obedisti voci meæ. Sic c. 26. v. 5.*
6. Præpositio תַּחַת *sub* &c. Isai. 60. v. 5. תַּחַת הָיִיתָ *pro eo quòd fuisti derelicta.*

## CANON II.

Conjunctio causalis כִּי *quia, quòd*, interdum alias etiam significationes obtinet, poniturque.

1. Pro adverbio temporis indeterminati *quum, quando*, Gen. 31. v. 37. כִּי *Quando contrectasti omnia vasa mea, quid invenisti ex omnibus vasis domus tuæ?*
2. Pro conjunctione adversativa *sed, attamen*, Isai. 39. v. 8. *Et dixit: כִּי attamen erit pax, et veritas in diebus meis.*
3. Pro particula interrogativa, Isai. 36. v. 19. *Ubi*

est Deus Emath, et Arphad... וַיִּבִי numquid liberaverunt  
Samaritam de manu mea? Vulgat.

## CANON III.

Conjunctio causalis, et explanativa *quia, quod &c.*  
quandoque deest, quandoque etiam redundat.

Dest, Gen. 17. v. 14. *Masculus, cujus præputii caro  
circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo:  
pactum meum irritum feci, hoc est, quia pactum meum ir-  
ritum feci, Vulgat.*

Redundat, Ruth 3. v. 12. וַעֲתָה בִּי אִמָּנָם כִּי אִם גַּאֵל אֲנִי  
*jam igitur verè, seu verum est, quia propinquus ego sum;  
ubi prius כִּי redundat, sicuti אִם, quod idcirco puncto  
vocali destituitur &c.*

## CANON IV.

Conjunctio causalis לְמַעַן *ut*, et quæ illi respondent,  
non semper notant causam rei finalem, sed sæpiùs con-  
sequentiam dumtaxat, aut eventum.

Exod. 11. v. 9. *Non audiet vos Pharaos, ut multa sig-  
na multiplicentur in terra Egypti, hoc est, quia non au-  
dient vos Pharaos, inde consequitur, ut multiplicentur sig-  
na, sive portenta &c.*

Psalm. Heb. 51. v. 5. *Tibi soli peccavi, et malum co-  
ram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, si-  
ve purus sis, cum judicaris, sive judicaveris, hoc est, ex  
eo, quòd tibi peccaverim, et peccatum meum mihi con-  
donaveris, sequitur, te justum in sermonibus tuis, et pu-*



rum, id est, veracem in iudiciis tuis agnitum iri; quandoquidem per Prophetas tuos promisisti veniam resipiscentibus, e quorum numero ego sum.

Denique pro conjunctione causali לְכַעַן *ut*, usurpatur interdum אֲשֶׁר.

Jos. 3. v. 7. אֲשֶׁר יִדְעִין *ut sciant, quod, sicut cum Moyse fui, ita et tecum sim.* Vide Gen. 11. v. 7.

## ARTICULUS VI.

### De Conjunctione conclusiva.

#### MONOCANON.

**P**ro conjunctione conclusiva לְכֵן, עַל־כֵּן *igitur, ergo &c.* aliæ etiam particule interdum usurpantur.

1. Causalis כִּי *quia*, 1. Reg. 2. v. 25. *Et non audierunt (filii Heli) vocem patris sui, כִּי quapropter voluit, hoc est, decrevit Dominus, occidere eos.*

2. Adverbium temporis וְעַתָּה *et nunc*, Gen. 4. v. 11. וְעַתָּה *igitur maledictus eris super terram.*

## CAPUT IX.

## De Interjectione.

**E**x interjectionibus aliæ sunt *obsecrantis*, seu *excitantis*, aliæ *abominantis*, aliæ *comminantis*, et quandoque *prædicentis*, *deplorantis*, ac *dolentis*, aliæ denique *insultantis*, et *exprobrantis*.

I. *Obsecrantis interjectiones.*

1.º נַּאֲמֵן *quæso, obsecro*, Gen. 18. v. 30. נַּאֲמֵן לֵאלֹהֵי נַּאֲמֵן *ne quæso, irascatur Dominus meus &c.* Vide etiam Numer. 12. v. 12. &c.

Interdum etiam נַּאֲמֵן est temporis particula *nunc*: vide exempla Gen. 18. v. 27., Cant. 3. v. 2. &c. Sæpiùs tamen a Vulgat. ut particula expletiva negligitur. Semel nomen est, quod *crudum* ex usu linguæ Arabicæ significat, Exod. 12. v. 9. *Non comedetis ex eo* (Agno paschali) נַּאֲמֵן *crudum* &c.

2.º נַּאֲמֵן *o, obsecro*, et sexies cum ׀ in fine, secundùm Messoram, נַּאֲמֵן, Psalm. Heb. 118. v. 25. נַּאֲמֵן יְהוָה הוֹשִׁיעָה נַּאֲמֵן S. Hier. *Obsecro, Domine, salva, obsecro.* Ex נַּאֲמֵן הוֹשִׁיעָה facta est per elisionem vox *Osanna*, vel *Hosanna*, eaque corrupta est pro *Oscianna*, ut scribit S. Doct. in epist. ad Damasum.

3.º בִּי, Gen. 43. v. 20. *Et dixerunt: בִּי quæso, vel*



quesumus, Domine &c. Vulgat. Oramus Domine &c.

4.° לִי Gen. 23. v. 13. לִי *quæso, ut audias me*, Vulg.

## II. Hortantis, seu excitantis interjectio.

Hortantis, seu excitantis interjectio quandoque est דָּן *da*, a verbo Chald. יָדַן *dedit*, unde imperativus דָּן, et cum ה̄ paragogico הִדָּן. Gen. 11. v. 3. *Dixitque alter ad proximum suum: הִדָּן agedum, vel agite, faciamus lateres &c.* Vulgat. *venite*, qui imperativi, in hac locutione, hortantis particulae sunt. Quidam alios etiam imperativos huc referunt, ut לָבֵן *ito*, hoc est, age, Gen. 19. v. 32. לָבֵן *ite*, seu agite, Ose. 6. v. 1. בָּאוּ *venite*, Deut. 1. v. 8. hoc est, agite, קוּמוּ *surge*, Isai. 60. v. 1. &c. קוּמוּ *surgite*, Nehem. seu 2. Esdr. 9. v. 5. hoc est, agite, *rupite moras &c.*

## III. Abominantis interjectio.

Abominantis interjectio est חָלִילָה *absit*, a verbo חָלַל in Pihel, *profanavit*, unde חָלִילָה idem, ac *profanum*. Hac autem interjectio usurpatur vel absolutè, ut 1. Reg. 14. v. 45. חָלִילָה *absit*; vel cum nominibus, ac pronomini- bus, Gen. 18. v. 25. חָלִילָה לְךָ *absit tibi*, Cap. 44. v. 7. חָלִילָה לְעַבְדֶּיךָ *absit a servis tuis*.

Majorem abominationem denotat, vel cum repetitur, ut 2. Reg. 20. v. 20. *Respondensque Joab, ait: חָלִילָה חָלִילָה absit, absit a me &c.*; vel cum nomen Dei adjicitur, 3. Reg. 21. v. 3. חָלִילָה לִי מִיְהוָה *absit mihi a Domino*. Præpositio ׀ interdum in hac phrasi desideratur, 2. Reg.

23. v. 17. Et dixit יהוה לי יהוה pro מיהוה *absit mihi a Domino, ut hoc faciam.* Cum alio nomine, aut pronomine simplicem abominationem significat, Jos. 22. v. 29. חלילה לנו מפניו *absit nobis ab hoc*, supple scelere, Vulgat. *absit a nobis hoc scelus.*

IV. *Comminantis &c. interjectio.*

Comminantis interjectio est הוי, vel הוי *væ*, quæ tamen lugentis, et dolentis significationem interdum etiam obtinet.

1.º Comminantis, et simul prædicentis particula est in Prophetarum, et Christi ad impios vaticiniis, Isai. 1. v. 4. הוי *væ genti peccatrici!* &c.

2.º Dolentis, ac lugentis, Isai. 6. v. 5. הוי לי *Heu mihi, quia tacui!* Vulgat. *Væ mihi.*

Jerem. 22. v. 18. הוי אחי *heu, frater mi!*

Interdum scribitur הוי pro הוי, Eccl. 4. v. 10. ויחי לי *et væ sibi, vel ei, id est, soli, Vulgat.* Vox illa ex duabus componitur, nempe ex הוי, et לי, sed conjunctum scribitur, ut liquet ex Massora, quæ illam inter quinque dictiones duobus accentibus (*munach*, et *revi'ah*) notatas recenset. Malè autem in quibusdam codicibus separatim scribitur ויחי לי.

Ibid. c. 10. v. 16. ויחי לך *væ tibi terra, cujus rex puer est &c.*

V. *Insultantis interjectio.*

Insultantis, et exprobrantis interjectio est הוה *vah!* Psalm. Heb. 35. v. 21. *Et dilataverunt contra me os suum,*



dicentes:  $\text{הָאָהוּ הָאָהוּ}$  Vulgat. *Euge, euge.*

Psalm. Heb. 40. v. 16. *Qui dicunt mihi*  $\text{הָאָהוּ הָאָהוּ}$  Vulgat. *euge, euge*, S. Hieron. *Vah, vah!*

De voce Hebraïca  $\text{סֵלָה}$  sela.

Interjectionibus vocem  $\text{סֵלָה}$  subjungimus, quòd ea Interpretibus, non paucis, exclamationis nota, ac interjectionis species esse videatur. Alii aliter sentiunt. Quidquid de illa sit, ex omnibus vocis  $\text{סֵלָה}$  interpretationibus commodior videtur, quam afferunt Aquila, et quintæ, ac sextæ editionis Auctores, quamque sequutus est D. Hieronymus in suo Psalterio, in quo verbum illud *semper* interpretatur; isque sensus adprimè convenit quatuor, et septuaginta Scripturæ locis, in quibus legitur  $\text{סֵלָה}$ .

Paraphrastes Chald. Habac. 3. v. 3. transtulit *in potentia sæculorum*, Idem vv. 9. 13. *in sæcula*; et sic sæpissimè in Psalmis. At in Psalm. Heb. 44. v. 9. interpretatus est *in sæcula sæculorum*, Syrus Psalm. 3. v. 9. *in sæculum*, Psalm. 4. v. 3. *in sæcula*, Vulgat. ipse interpretatur Psalm. Heb. 62. v. 9. *in æternum*.

## CAPUT X.

*De Constructionis praxi.*

**T**raditis jam iis, quæ ad Hebr. constructionem non parum conducunt, officio nostro ex parte deesse videremur, si specimen aliquod, quo tyronibus ejus praxis innotes-

cat, ante eorum oculos breviter ponere omitteremus; quapropter Cant. Moysi a 1. v. ad 3. inclusivè hîc analysim faciemus.

equum; est magnificatus magnificando quia , Domino Cantabo

סוס גאה כִּי־גֵאָה לַיהוָה I. v.

Dominus laus et , mea Fortitudo .mare in projecit ascensorem et,

וְלִכְבוֹ רָמָה בַּיָּם : II. עָוִי יוֹמֶרֶת יְהוָה

:ci faciam tabernaculum et ,meus Deus Iste; salutem in mihi fuit et,

וַיִּהְיֶה־לִּי לַיְשׁוּעָה וְהָ אֱלֹהֵי וַאֲנֹהוּ

: belli vir Dominus .eum exaltabo et , mei patris Deus

אֱלֹהֵי אָבִי וַאֲרִמְמָהוּ : III. יְהוָה אִישׁ מִלְחָמָה

.ejus nomen Dominus

יְהוָה שְׁמוֹ :

Versus I.

אֲשִׁירָה *Cantabo*, est prima persona singularis communis futuri *Hipbbil* verbi radicalis, et quiescentis *Hain* ו שׁוֹר *cantare*, cum ה paragog. Accentus machpach minister penultimam occupat, quia vox desinit in ה paragog. nec præcedit immediatè (:). Post אֲשִׁירָה supplendum est nomen שׁוֹר *canticum*. Sic enim in plurali interpretantur Chald. Syrus, Arabs, et S. Hieron. qui legerunt נְשִׁירָה *cantemus*.

לַיהוָה *Laibová*, legendum volunt aliqui *Ladonai*, *Domino*. Est vox composita ex ל dandi casus articulo, et proprio Dei nomine יְהוָה *Dominus*. Cùm enim vox ista *Iehova* ponatur hîc pro אֲדָרְנִי, articulus ל afficitur pathach, ob sequens chateph pathach, quasi diceretur לֵאדָרְנִי: si enim legeretur *Iehova*, articulus ל afficeretur sceva simplici, vel chirik.



Vox illa cum duplici accentu notatur: 1.º euphónico methegh in antepenultima syllaba, quòd ea sit tertia ante accentum tonicum, neque desinat in (ׁ), aut in daghesc expressum. Videatur Guarin. tract. de Accent. 2.º accentu tonico pasctá honorario sequentis zakeph katon in גִּבְרָהּ, quí ultimæ vocis literæ insidet, quia post positivus est; et hîc subdistinguit. יְהוָה venit a verbo substantivo הָיָה, unde יְהוָה secundùm literas consonantes est *existens*, seu *qui est*, ut se ipse vocat, Exod. 3. v. 14. Verbo ipsi præponitur ך nominum propriorum ferè ab initio formativum. Secundùm alios ך istud in aliis nominibus propriis desumitur ex ipso nomine יְהוָה.

כִּי *chi*, *quia*, *enim*, particula, sive conjunctio causalis est, et radicalis, ut loquendo de conjunctionibus causalibus dictum est. Licèt jungatur voci sequenti per mak-kaph, nihilominus tamen cum accentu euphónico methegh notatur, quia voces monosyllabæ magna motionè affectæ sæpiùs accentu euphónico notantur, aliæ rariùs. Daghesc lene imprimitur ך, quia in principio dictionis invenitur, et vox præcedens non desinit in literam quiescentem cum accentu ministro.

גָּבַר *ghaó*, *magnificando*, est infinitivus *Kal* verbi radicalis, et quiescentis *Lamed* ה, גָּבַר *magnificatus est*. א aspiratur, quamvis initio dictionis; quia cùm vox præcedens desinit in literam quiescentem, illaque accentu regio, aut pesik non insignitur, sequens litera daghesc non recipit, quamvis sit de numero beghadh chephath. Cholem defectivum est ob א, et ה vicinam. Accentus munach mi-

nister sequentis regis zakeph katon. Cùm infinitivus, ut eo loci, præponitur, aut postponitur tempori finito, is vulgò per gerundium in *do* transfertur, notatque emphasim. Hinc *magnificando magnificatus est*, idem est, ac *valde magnificatus est*. Unde D. Hieron. *gloriosè magnificatus est*.

גָּאָה *gaá*, *magnificatus est*, est tertia persona singularis masculina supradicti verbi quiescentis *Lamed* ה, גָּאָה. אַ afficitur daghesc leni, etsi vox præcedens desinat in litteram quiescentem, scilicet ה, nec accentu regio afficiatur, aut post eam sequatur pesik; quia vox illa ex eis est, quæ anomalos habent accentus. Accentus zakeph katon regius, híc incisum, seu punctum cum virgula efficit.

סוּס *sus*, *equum*, est nomen radicale. Accentus merca minister regis sequentis tiphcha.

וְרֹכֵב *verochebó*, et *ascensorem ejus*, est vox composita ex conjunctione ו cum nativa sua motione (˙), et ex participio benoni *Kal* verbi perfecti, et radicalis רָכַב *insedit equo* &c., unde benoni רָכַב *insidens, ascensor* &c. Participia enim cùm activa, tùm passiva, sæpè in nomina degenerant. Nomen istud invenitur cum affixo tertiæ personæ sing. masc. וְ unde וְרֹכֵב *ascensorem ejus*; quapropter (˙) ultimæ syllabæ mutatur in (˙), ut in nominibus. Cholem autem penult. invariatur manet, ut, loquendo de punctorum variatione, dictum est. Ex duobus accentibus, prior euphonicus est, nempè methegh, quo efficitur magna motio, quæ tonico destituitur, et quam sequitur (˙). Vocales enim longæ accentu tonico ante sceva



destitutæ, notantur cum methegh, qui accentus remanet etiam, cùm ad euphoniã, in parvas mutantur. Posterior tonicus est, nempè tiphcha honorarius siluk regis in ultima versus dictione sequentis. Nomen istud, et præcedens סוס equus, in sing. num. loco plur., ad collectam multitudinem exprimendam, collocantur.

רמא ramá, *proiecit*, est tertia persona sing. masc. præteriti Kal verbi radicalis, et quiescentis Lamed ה. רמא. Accentus merca minister siluk sequentis.

בבאיא bbaiam, *in mare*, est vox composita ex præpositione ב in, et בים mare. Motio genuina ב est (·); at eo loci excludit articulum ה, assumpta ejus motione, hinc בים est pro בהים. ב istud aspiratur, quia vox præcedens desinit in literam quiescentem, nec afficitur accentu regio, aut pesik. Imprimitur daghesc literæ ם ratione articuli ה exclusi, qui quidem semper imprimit daghesc forte literæ sequenti, dummodò non sit gutturalis, aut ך. Invenitur in ea voce accentus siluk regius, qui verbum, sæpè etiam, et sensum claudit.

#### Versus II.

וזי ozzi, *fortitudo mea*, est vox composita ex וזי fortitudo, et (י) affix. primæ personæ sing. comm., quod affixum in causa est, cur cholem substantivi וזי mutetur in kametz chatuph. Daghesc imprimitur ך ad compensandam secundam radicalem ejectam; וזי enim venit a וזי fortis fuit; unde ex Kal וזי. Accentus, qui invenitur, est machpach minister pascta.

וּזְמִרָתָּ וּזְמִרָתָּ *vezimrath*, et *laus*, componitur ex copula ו *et*, ac substantivo sing. fem. וּזְמִרָתָּ, mutato videlicet ה in ת. Aut potius librariorum incuria, cui ansam dedit (י) sequens; excidit (י) affixum primæ pers. sing. sic: וּזְמִרָתָּי *et laus mea*, quod affix. exprimit Paraphrastes Chaldaeus, et D. Hieroym. Accentus pascta honorarius sequentis *zakeph katon*, ultimæ literæ insidet, quia postpositivus est. Nomen hoc venit a radice זָמַר *præcidit, amputavit*; et in *Pibél* זָמַר *psallere, canticis laudare* &c. unde זְמִרָה *laus*.

יְהוָה *faa*, *Dominus*. Unum ex divinis nominibus factum ex יְהוָה per contractionem. Accentus *zakeph katon* hîc distinguit.

וַיְהִי *vaiebi*, et *fuit*, vel *factus est*, est 3. pers. sing. masc. futuri *Kal* verbi radic. et quiesc. *Lamed* ה, הִיָּה *fuit*, vel *factus est*. Fit apocopa tertiæ radicis ה cum motione præcedente (י), et reliquorum punctorum metathesis, pro וַיְהִי. Futurum illud mutatum est in præteritum, vi conjunctionis ו cum (-) ipsi subposito. Post ו istud (-) affectum, sequitur daghesc forte in characteristica futuri, ad complendam syllabam; at ejicitur ex (י) וַיְהִי ob (י) ipsi suppositum. Deest accentus tonicus ob makkaph; adest tamen euphonicus methegh, tùm ad compensandum daghesc ejectum, tùm ob (י) quod literæ daghesc non notatæ, post (-) ut plurimum supponitur, sicuti post chirik katon, et sægol.

לִי *li*, *mibi*, est dativus sing. pronom. 1. pers. com. factus ex ל dativi articulus, et (י) affix. 1. pers. sing. com. cum accentu tiphcha honorario seq. athnach.



לְיִשׁוּעָה *liscuba*, in salutem, sive salus: verbum enim הָיָה *fuit*, loco posterioris nominativi eleganter regit nomen cum præpos. לְ. Vox illa composita est ex præpos. לְ *in*, et nomine subst. sing. fem. יִשׁוּעָה *salus*. Motio genuina לְ est (◌), quod, altero concurrente, mutatur in chirik katon, unde vox illa sic punctuari debet לְיִשׁוּעָה; at cum vox, cui præponitur istud לְ, incipit ab (י) affecto (◌), tollitur illud (◌), et ex chirik katon לְ, et (י) sequenti fit chirik gadhol. Prior accentus est methegh, ibique ponitur, quia tertia illa syllaba ante accentum tonicum non desinit, neque in (◌), neque in daghesc expressum. Posterior verò, qui tonicus est, scilicet athnach, ibi duobus punctis respondet: ex radice יָשַׁע, in *Hiphhil* fit הִשְׁעִיב הַיָּמִין *salvavit*, unde ex *Kal* יִשְׁעָה.

זֶה *ze*, *iste*, est pronomen demonstrativum sing. masc. Cum pronomina illa nominibus præponuntur, verbum substantivum *sum* includunt. Unde hîc vertendum est: *iste est &c.* Accentus machpach minister seq. pascta.

אֱלֹהֵי *Eli*, *Deus meus*, est vox composita ex אֱלֹהִים *Deus*, quod alterum est ex divinis nominibus, ac propriè *Deum fortem* significat, et ex affix. 1. pers. sing. com. (י). Tserè, quod ratione affix. erat mutationi subjectum, remanet ad compensandum (י) deperditum, eò quia nomen istud venit a radice אָלַל. Accentus pascta, qui in voce ista invenitur, est honorarius sequentis zakeph katon, ibique incisum facit.

וְאֶנְשֵׁי *veanvébu*, *et*, vel *ideo tabernaculum faciam ei*; ad verbum, *et habitare faciam eum*, est 1. pers. sing.

com. futuri *Hipbbil* verbi radic. et defect. *Pe* ב, ac quiescen. Lamed ה, נָחָה *habitavit*, in *Hiphhil* *habitare fecit*; unde in futur. ejusdem conjug. cum copula ׀ præfixa, quæ hîc copulat tantùm, et הוּ affix. 3. pers. sing. masc., et in forma perfecta, est וְאַנְחִיחֵהוּ *et habitare faciam eum*. In his verbis quiesc. *Lamed* ה perit ה cum motione præcedenti in affix. conjunctione. Accentus *zakeph katon*, qui ibi pausam facit, penultimam afficit, ob affix. הוּ. Vocem hanc interpretatur D. Hieronym. *et glorificabo eum*; Syrus, *et laudabo eum*, ex lingua Arabica, alii autem aliter.

אֱלֹהֵי *Elobé*, *Deus*, est nomen plur. constr. ab absoluto אֱלֹהִים, cujus ׀ cum chirik abjicitur in regim. plur., et in ejus locum substituitur (·). Ad verbum *Dii*; sed nomina dominii, et excellentiæ vulgò sunt pluralia, quòd pertinet ad eorum formam, singularia verò, quòd spectat ad sensum. *Cholem* deficiens non mutatur, ut, loquendo de punct. mutatione, dictum est. Radix est אֱלֹהִים *Deus*, unum ex divinis nominibus, quod secundùm Judæos, propriè *Deum judicem* significat. Sunt qui אֱלֹהִים deducant ex אלה Arabibus, *coluit, adoravit*. Accentus *mereca minister* *tiphcha* sequent.

אָבִי *aví*, *patris mei*, ex אב pater nom. subst. sing. masc., et affix. ׀. pers. sing. com. (׀). Nomen istud אב in sing. num. adsciscit (׀) cum affix., et in regim. vide quod diximus loquendo de punctorum variatione: hîc tamen (׀) affixi primæ personæ munere fungitur. אב venit a radice אָבָה *voluit*, unde ex *Kal* אב pater, sic dic-



tus ob animi sui erga filios propensionem. Accentus tiphcha honorarius siluk sequent.

וַאֲרִמְנְבוּ *váaróménbu*, et, vel *ideo exaltabo eum*, id est, excelsum prædicabo; verba enim, quæ *agere* significant, non tam actum, quàm notificationem ejus interdum denotant. Dictio hæc est primæ pers. sing. com. futur. in *Pohél* verbi radic., et quiesc. *Hain* וי, וי, *altum esse*, in *Pohél* *extollere*, cum ו copula, aut particula illativa, ו epenthético, et affix. tert. pers. sing. masc. וי. Vox simplex est ארמב formæ ארמב. Præpositio ו est cum (-) loco (:) ob (-) sequens sub א. Ratione affix. (") literæ ו mutatur in (:), et inserto ו cum (:) motione nativa hujusmodi ו epenthet., quod ו requirit ante se, hoc est, in ultima radicali (") cum accentu tonico. Tres sunt in hac voce accentus, quorum duo primi sunt euphonici, tertius tonicus; primus ponitur post (-) ob (-) sequens; secundus subjicitur ו ob magnam motionem cholem, accentu tonico destitutam ante (:); tertius denique, isque tonicus est siluk versum claudens.

### Versus III.

יהוה *Adbonai*, *Dominus*, vide vers. I. Accentus tiphcha honorarius sequentis in tertia voce regis athnach, híc non distinguit.

איש *isc*, *vir*, est nomen substantivum sing. masc. et radicale, sive primitivum. Accentus munach minister seq. athnach.

מלחמה *milchamá*, *belli*, est nomen substant. sing. fem.

et heemanticum, nempe auctum ם ab initio, et ן in fine. Accentus athnach hîc duobus punctis respondet. Radix hujus nominis est ם״לֵּׁׁׁ *pugnare*, unde ex *Hipbbîl*, vel, secundùm alios ex *Kal* ם״לֵּׁׁׁׁ *bellum*. *Vir belli* idiotismus est, pro *vir bellicosus*. Samaritanus habet: *potens in bello*, quod fortase, *viri* epitheton minus convenire visum fuerit ei, qui Pentateuchum illum interpolavit. S. Hieronym. *quasi vir pugnator*, supplendo particulam similitudinis, quæ sæpè in scriptura desideratur.

יהוה *Dominus*, ut suprâ, accentus tiphcha honorarius sequentis siluk.

שׁעִמּוֹ *scemò*, *nomen ejus*; componitur ex םׁׁׁ nomine substantiv. sing. masc., ac radicali, et ex םׁ affix. tert. pers. sing. masc., quod affix. mutavit (״) in (ׁ). Accentus siluk versum claudit.

## CAPUT XI.

### *De Hebræorum Numeris.*

Cùm Hebræi careant certis, et determinatis notis ad numeros exprimendos; vel Alphabethi literis, vel integris vocabulis, quando opus est, utuntur. Hunc igitur utrumque numerandi modum in duobus sequent. articulis expendemus.



## ARTICULUS I.

*De numerandi ratione per literas.*

**H**ebraïci Alphabethi literæ, additis quinque finalibus, viginti septem numerantur; ex his autem viginti septem literis primus nonarius dat unitates, secundus denarios, tertius centenarios modo sequenti.

<i>Unitates.</i>	<i>Denarii.</i>	<i>Centenarii.</i>
א 1	י 10	ק 100
ב 2	כ 20	ר 200
ג 3	ל 30	ש 300
ד 4	מ 40	ת 400
ה 5	נ 50	ך 500
ו 6	ס 60	ם 600
ז 7	ע 70	ן 700
ח 8	פ 80	ף 800
ט 9	צ 90	ע 900

Alia etiam ratione centenarii a quibusdam exprimuntur, nempè postposita ת, quod 400 significat, aliis literis centenarios notantibus, ut תק 500, תר 600, תש 700, תת 800, תתק 900, sic etiam exprimuntur millenarii, תתר 1000, תתק 1100, תתרר 1200, תתרט 1300, תתרת 1400, תתרתק 1500 &c. Sed prior modus, quòd ad centenarios, et qui sequitur, quòd ad millenarios spectat, expeditior est, ac usitator.

Millenarios itaque Judæi exprimunt, vel per literas duobus punctis coronatas, ut מ̄ 1000, כ̄ 2000, ל̄ 3000, &c.; ק̄ 100000, ר̄ 200000, ש̄ 300000 &c.; פ̄ 900000, vel per literas ipsi מ̄ coronato præpositas, ut מ̄ 1000, כ̄מ̄ 2000, ל̄מ̄ 3000 &c.; ימ̄ 10000, כמ̄ 20000, למ̄ 30000 &c.; קמ̄ 100000, רמ̄ 200000, שמ̄ 300000 &c.; פמ̄ 900000, quamvis numeros 2000 excedentes vix arithmeticè exprimant, sed vocibus integris utantur; aut si eos arithmeticè exprimant, puncta millenarios coronantia negligunt, modò sequantur centenarii, ut קא 1100, בא 2100, בא 2200, בש 2300 &c. Sic annum præsentem 1789 exprimunt אַתְּשָׁנָה.

Numeros compositos exprimunt, præponendo denarios, aut centenarios, vel millenarios; minoresque subjungendo. Numerus tamen 15 non signatur per ה״ה, quòd sit unum ex divinis nominibus, sed per ט״ו, hoc est, 9 et 6, idque ob summam erga nomen istud reverentiam. Notas autem numericas unicas unico, plures duplici apice, insignire solent; ut faciliùs a vocibus appellativis distinguantur. Cùm duæ sunt literæ numerales, alii duplici illo apice norant earum primam, alii, ut et nos, secundam. Cùm verò tres, quatuor, aut quinque occurrunt, quidam nobiscum penultimam, quidam antepenultimam literam, duobus illis apicibus onerant.



## Schema numerorum compositorum.

י"א	11	ק	100	ר"י	210
י"ב	12	ק"א	101	ר"יא	211 &c.
י"ג	13	ק"ב	102 &c.	ר"ב	220
י"ד	14	ק"י	110	ר"בא	221 &c.
י"ה	15	ק"יא	111	ר"ג	230
י"ו	16	ק"יב	112 &c.	ר"גא	240
י"ז	17	ק"כ	120	ר"ג	250
י"ח	18	ק"כא	121	ר"ס	260 &c.
י"ט	19	ק"כב	122 &c.	ש"י	300
כ"א	20	ק"ל	130	ש"י	310
כ"ב	21	ק"לא	131 &c.	ש"יא	311 &c.
כ"ג	22 &c.	ק"מ	140	ת"י	400
כ"ד	30	ק"מא	141 &c.	ת"יא	401 &c.
כ"ה	31 &c.	ק"נ	150	ת"י	500
כ"ו	40	ק"נא	151 &c.	ת"י	600
כ"ז	41 &c.	ק"ס	160	ת"י	700
כ"ח	50	ק"סא	161 &c.	ת"י	800
כ"ט	51 &c.	ק"ע	170	ת"י	900
ל"א	60	ק"עא	171 &c.	ת"י	1000
ל"ב	61 &c.	ק"פ	180	ת"י	1001
ל"ג	70	ק"פא	181 &c.	ת"י	} 2000
ל"ד	71 &c.	ק"צ	190	ת"י	
ל"ה	80	ק"צא	191 &c.	ת"י	} 10000
ל"ו	81 &c.	ר'	200	ת"י	
ל"ז	90	ר"א	201	ת"י	} 10000
ל"ח	91 &c.	ר"ב	202 &c.	ת"י	

יב	12000	פ	}	100000
ס	} 20000	vel		
vel		} 20000	ספ	}
כ	} 30000		פ	
ס		} 30000	vel	}
vel	} 30000		ספ	
ל			ספי &c.	

Relictis ergo mysteriis, quæ Rabbinii in arithmeti-  
cis notis anteponendo, vel postponendo deprehendunt,  
ad numeros per voces integras expressos transeamus.

## ARTICULUS II.

*De Numeris per integras voces expressis.*

**N**umeri, integris vocibus expressi, sunt vel *cardinales*,  
vel *ordinales*. Cardinales dicuntur, qui absolutè, et nulla  
habita aliorum ratione significant, ut *unus*, *duo*, *tres*  
&c. Ordinales verò sunt, qui ordinem ad alios deno-  
tant, ut *primus*, qui alios sequuturos designat; *secundus*,  
qui primum supponit; *tertius*, qui duos antecedentes in-  
dicat &c.

Hebræi non habent numeros ordinales ultra decem;  
nam ab undecim, et ultra in infinitum ordinales cum  
cardinalibus confunduntur. In hoc parag. agemus I. de  
numeris cardinalibus, II. de ordinalibus, III. de adver-  
biis numeralibus.



## §. I.

*De Numeris Cardinalibus.*

Numeri cardinales a tribus ad decem inclusivè, masculini femininorum; et vice versa, feminini masculinorum terminationem assumunt. Plurimi quamdam constructionis formam præ se ferunt, ut in subjecta tabella cernere licet.

		Fem.		Masc.		
	Const.	Absol.		Const.	Absol.	
Una.	Idem.	אַחַת	1	אֶחָד	אֶחָד	Unus
Duæ.		שְׁתֵּי	2	שְׁנֵי	שְׁנַיִם	Duo
Tres.		שְׁלֹשׁ	3	שְׁלוֹשָׁת	שְׁלוֹשָׁה	Tres
Quatuor.	Idem.	אַרְבַּע	4	אַרְבַּעַת	אַרְבַּעָה	Quatuor
Quinque.		חֲמִשׁ	5	חֲמִשָּׁת	חֲמִשָּׁה	Quinque
Sex.		שֵׁשׁ	6	שֵׁשֶׁת	שֵׁשָׁה	Sex
Septem.		שִׁבְעַ	7	שִׁבְעַת	שִׁבְעָה	Septem
Octo.	Idem.	שְׁמוֹנָה	8	שְׁמוֹנַת	שְׁמוֹנָה	Octo
Novem.		תְּשַׁע	9	תְּשַׁעַת	תְּשַׁעָה	Novem
Decem.	Idem.	עָשָׂר	10	עָשָׂרַת	עָשָׂרָה	Decem
Undecim,	עָשָׂרָה	אַחַת	11	עָשָׂר	אֶחָד	Undecim,
et undecima.						et undecimus.
Duodecim,	עָשָׂרָה	שְׁתֵּי	12	עָשָׂר	שְׁנַיִם	Duodecim,
et duodecima.						et duodecimus.
Tredecim,	עָשָׂרָה	שְׁלֹשׁ	13	עָשָׂר	שְׁלוֹשָׁה	Tredecim,
et decima tertia &c.						et decimus tertius.

Vigesimus, a, um.	20	עָשְׂרִים	Viginti, com.
Viginti, et una,	21	אַחַת וְעָשְׂרִים	Viginti, et unus,
vel vigesima prima &c.			vel vigesimus primus &c.
Trigesimus, a, um.	30	שְׁלֹשִׁים	Triginta, com.
Quadragesimus, a, um.	40	אַרְבָּעִים	Quadraginta, com.
Quinquagesimus, a, um.	50	חֲמִשִּׁים	Quinquaginta, com.
Sexagesimus, a, um.	60	שִׁשִּׁים	Sexaginta, com.
Septuagesimus, a, um.	70	שִׁבְעִים	Septuaginta, com.
Octogesimus, a, um.	80	שְׁמוֹנִים	Octoginta, com.
Nonagesimus, a, um.	90	תִּשְׁעִים	Nonaginta, com.
Centesimus, a, um.	100	מֵאוֹת, v. מֵאָה	Centum, com.
Una, et centum,	101	אַחַת וּמֵאָה	Unus, et centum,
vel centesima prima.			vel centesimus primus.
Ducentesimus, a, um.	200	מֵאוֹתַיִם	Ducenti, x, a.
Una, et du-	201	אַחַת וּמֵאוֹתַיִם	Unus, et ducenti,
centæ, v. ducentesima			ti, v. ducentesimus pri-
prima &c.			mus.
Trecentesimus, a, um.	300	שְׁלֹשׁ מֵאוֹת	Trecenti, x, a.
Millesimus, a, um.	1000	אַלְפֵּי	com. Mille, millia.
Bis millesimus, a, um.	2000	אַלְפִּים	com. Duo millia.
Ter millesimus, a, um.	3000	שְׁלֹשָׁת אַלְפִּים	v. Tria millia.
Decies millesimus, a,		שְׁלֹשָׁה אַלְפֵּי	
um.	10000	עֶשְׂרֵת אַלְפִּים	v. Decem mil.
Undecies millesimus,		עֶשְׂרֵה אַלְפֵּי	
a, um.	11000	עֶשְׂרֵי עֶשְׂרֵי אַלְפִּים	Undecim mil.
Duodecies millesi-		שְׁנָיִם עֶשְׂרֵי אַלְפִּים	
mus, a, um.	12000		Duodecim mil.



Ter decies millesi- mus, a, um.	1 3000	{ שלשה עשר אלף	Tredecim mil.
Vicies millesimus, a, um.	20000	{ עשרים אלף	Viginti millia.
Tres myriades, vel	30000	{ שלשים אלף	Triginta mil- lia.
Decem myriades.	100000	{ מאה אלף	Centum millia.
Vigint. myriades.	200000	{ מאתיים אלף	Ducenta mil.
Trig. myriades.	300000	{ שלש מאות אלף	Trecenta mil- lia.
Cent. myriades.	1 000000	מאה רבבה	Millio, seu decies centena millia.
Ducent. myriades.	2 000000	מאתים רבבה	Duo millones, seu vicies centena millia.
Tre-cent. myriades.	3 000000	שלש מאות רבבה	Tres millones, seu tricies centena millia.
Mille myriades.	1 0000000	אלף רבבה	Decem millones, seu cen- ties centena millia.
Myrias myriadam.	1 00000000	רבוא רבות	} Centum millones.

Hi numeri, uti et alii majores, qui ope myriadam facilè exprimi possunt, a 30000 ordinales sunt simul, et cardinales, haud secùs ac præcedentes. Numerus itaque 30000 v. g. tam est *tricesimus millesimus*, quàm *triginta millia*; et sic de cæteris.

§. II.

*Numeri ordinales.*

Numeri ordinales ultra decem inclusivè non progrediuntur. Qui igitur post numerum illum veniunt, cardinales sunt simul, et ordinales, ut diximus suprâ. Sic עשר אחד *undecim*, et *undecimus*, עשרה אחת *undecim*, et *undecima* &c. Ita Gen. 14. v. 4. שלש-עשרה שנה *tertio decimo anno*, Ezech. 45. v. 21. עשר בַּאַרְבַּעָה עָשָׂר יוֹם *quarta decima die*. Porrò hi sunt numeri ordinales ab uno ad decem inclusivè.

*Numeri ordinales.*

	Fem.			Masc.	
Prima.	ראשונה	vel	ראשונות	1	Primus. ראשון
Secunda.	שנייה	v.	שניות	2	Secundus. שני
Tertia.	שלישית	v.	שלישיות	3	Tertius. שלישי
Quarta.	רביעית	v.	רביעיות	4	Quartus. רביעי
Quinta.	חמישית	v.	חמישיות	5	Quintus. חמישי
Sexta.	שישית	v.	שישיות	6	Sextus. ששי
Septima.	שביעית	v.	שביעיות	7	Septimus. שביעי
Octava.	שמינית	v.	שמיניות	8	Octavus. שמיני
Nona.	תשיעית	v.	תשיעיות	9	Nonus. תשיעי
Decima.	עשירית	v.	עשיריות	10	Decimus. עשירי

*Appendix ad pracedentia nomina.*

Pro שני *secundus*, invenitur etiam משנה, et in constructo משנה *secundus*, a, um; est enim com. generis. Ve-



rùm מִשְׁנָה in const. est potiùs substantivum, quàm adjectivum, *duplicitas, duplum.*

Pro שלישי *tertius* שלישי, unde plur. שלישיים *tertii, tertiani*, et שלש, in plur. שלשים *tertiæ generationis filii.*

Pro רביעי *quartus*, רבע, et רבע *idem*; et in femin. pro רביעית *quarta*, רבע *quarta pars.*

Pro חמישית *quinta*, חמש *idem.* Cæterùm in חמשי, חמשותף ששי *sextus*, ששית *sexta*, chirik katon, et daghesc forte sunt pro (י) per legem æquivalentiæ, nempè pro חמישי, ששי &c.

Feminina horumce nominum desinentia in ית non solum ordinem, verùm etiam partem significant, ut חמישית *quinta*, et *quinta pars.*

Numerus cardinalis pro ordinali non rarè ponitur, ut Gen. I. v. 5. יום אחד *dies primus.* Et sic sæpè in libris Reg. et Paralip., ubi substantivum שנה adjectivo numerali præpositum formam constructam sæpè obtinet, ut שלש *in anno tertio* &c.

### §. III.

#### *Adverbia numeralia.*

Quemadmodum ordinales numeri denarium non excedunt; ita nec adverbia numeralia ordinalia, quæ per feminina numerorum ordinalium exprimuntur, ut ראשונה *primò*, שנית *secundò*, שלישית *tertiò* &c. Ultra decem non nisi per numeros compositos, eosque femininos exprimuntur, ut אחת עשרה *undecimo* &c.

Adverbia autem numeralia cardinalia per vocem פעם

quæ vicem significat, exprimuntur, ut אַחַת פַּעַם, vel simpliciter אַחַת, subintellecto nomine פַּעַם *semel*, vel *una vice*: שְׁנַיִם פַּעַמִּים *bis*, vel *duabus vicibus*: שְׁלֹשׁ פַּעַמִּים *ter*, vel *tribus vicibus*; et sic de cæteris usque ad decem inclusivè, præpositis numeris cardinal. fem., (quandoque tamen præpositi etiam inveniuntur masculini) et voce פַּעַם posita in plurali. Ab undecim autem inclusivè, et ultra, פַּעַם venit in sing. numero, præpositis pariter numeris cardinalibus femininis, ut פַּעַם עֶשְׂרִי עֶשְׂרֵה פַּעַם *undecies*, seu *undecim vicibus* &c., פַּעַם עֶשְׂרִים *vicies* &c. Sic quando nomina numeralia in diverso numero junguntur, פַּעַם ponitur in singulari numero, ut פַּעַם וְשְׁלֹשׁ עֶשְׂרִים *vigesima et tertia vice*, vel *viginti et tribus vicibus* &c. Cum voce מֵאָה *centum*, jungitur פַּעַם in plur. num. ut מֵאָה פַּעַמִּים *centum vicibus*.

In eadem significatione cum numeris cardinalibus, instar nomen פַּעַם, junguntur et alia duo nomina in plurali, nimirum מְנַיִם, cujus sing. numerus non est in usu, et רַגְלִים a רַגַל *vices*, ut מְנַיִם עֶשְׂרֵה פַּעַם *decem vicibus*, Gen. 3 1. v. 7. שְׁלֹשׁ רַגְלִים *tribus vicibus*, Exod. 2 3. v. 14.

Denique hæc adverbialia dualia in scripturis inveniuntur, אַרְבַּעַתַּיִם (a sing. masc. constr. אַרְבַּעַת) *quadruplum*, 2. Reg. 1 2. v. 6. hoc est, *quatuor*; confer Exod. 2 2. v. 14. et שִׁבְעָתַיִם (a sing. itidem masc. sed absoluto שִׁבְעָה) *septuplum*, Gen. 4. v. 15. hoc est, *septem*; confer Isai. 30. v. 26. non bis quatuor, seu octo, neque bis septem, sive quatuordecim, ut volunt aliqui. Sic alia formari possunt a numeris cardinalibus singularibus masculinis, iisque præsertim constructis, ut שְׁלֹשָׁתַיִם *triplum*, a שְׁלֹשָׁה;



חמשתים *quintuplum*, ab חמשה; ששיתים *sextuplum*, a ששה; שמונתים *octuplum*, a שמונה; תשעיתים *noncuplum*, a תשעה; עשרתים *decuplum*, ab עשרת. Vox שנים et duo, et duplum significat. Ultra decem, pro hujusmodi numeris exprimendis, circumloquutione utuntur.

## CAPUT XII.

### *De variis Hebraïcarum literarum figuris.*

**L**iterarum figuræ, quibus Sacri codices a captivitate Babylonica exarati fuere, aliæ prorsus sunt ab eis, quibus ante id tempus utebantur Hebræi. Ante templi Jerosolymitani a Chaldæis aversionem characteres Phœnicios, sive Samaritanos Judæis, et Samaritanis communes fuisse, testantur veteres, cùm Christiani, tùm Judæi.

Characteres illos in alios commutasse Esdram, ne Samaritanis Judæi commiscerentur, affirmat Eusebius in Chron. ad annum mundi 4740. Idem affirmare videtur D. Hieron. in præf. ad libros Regum, cùm dicit, quod post captam Hierosolymam, et instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse Esdram, quibus nunc utimur; attamen non intelligendum est, quòd Esdras novas literas cuderit; sed quòd Chaldaïcas, quibus assueti erant Judæi, captivitatis tempore, sua auctoritate invexit, aut saltem permisit; qui quidem, characteres, ut communis fert opinio, ipsi sunt, quibus Sacri

libri exarati sunt, Chaldaïci usque nunc vocati.

Ex his excussi sunt Rabbinici, qui apud Judæos, Hispanos, et Latinos in usu fuere, quique a Biblicis ut plurimum non discrepant nisi in forma tenuiori, et rotundiori, atque ad scribendi celeritatem magis accommodati.

Cùm enim codices non pauci Rabbinicis characteribus exarati inveniuntur, eorum figuram, necnon Samaritanorum, hîc depingere necessarium duximus, ut Sanctæ linguæ studiosis innotescant, valeantque Rabbinicos Interpretes, atque Samaritanum Pentatheucum sine difficultate legere. En igitur in sequenti tabula

Q	Q	Q	Q
T	T	T	T
L	L	L	L
M	M	M	M
N	N	N	N
S	S	S	S
H	H	H	H
P	P	P	P
T	T	T	T
K	K	K	K
R	R	R	R
S	S	S	S
S	S	S	S



## LITERARUM HEBRAÏCARUM

*Figuram**Nomen*

<i>Hodiernam, seu Obaldaicam.</i>	<i>Rabbinicam, seu rotundam.</i>	<i>Antiquam, seu Samaritanam.</i>	<i>Latine exaratum.</i>
א	א	א	Aleph.
ב	ב	ב	Beth.
ג	ג	ג	Gimel.
ד	ד	ד	Daleth.
ה	ה	ה	He.
ו	ו	ו	Vav.
ז	ז	ז	Zain.
ח	ח	ח	Cheth.
ט	ט	ט	Teth.
י	י	י	Iod.
כ ך	כ ך	כ	Caph.
ל	ל	ל	Lamed.
מ ם	מ ם	מ	Mem.
נ ן	נ ן	נ	Nun.
ס	ס	ס	Samech.
ע	ע	ע	Hain.
פ ף	פ ף	פ	Pe.
צ ץ	צ ץ	צ	Tzade.
ק ׀	ק ׀	ק	Koph.
ר ׀	ר ׀	ר	Resc.
ש ׀	ש ׀	ש	Scin. }
ש ׀	ש ׀	ש	Sin. }
ת	ת	ת	Tav.

## LIBRI SECUNDI

## PARS ALTERA.

## DE SYNTAXI FIGURATA.

**S**yntaxis figurata ea est, ut diximus part. 1., quæ a communibus regulis discedit, ut speciales quasdam sequatur structuræ rationes, quas figuras appellant. Præcipuas linguæ cujuslibet delicias in iis potissimum sitas esse, nemo est, qui nesciat. Ut enim pictura non simplex, sed quæ variis distinguitur coloribus, spectantium oculos maximè pascit; et pratum omnigenis variatum floribus, inambulantibus valdè arridet: ita quoque oratio non undique sui similis, verùm suis interspersa figuris, audientium aures mirum in modum demulcet.

Figuræ autem latè sumtæ duplicis sunt generis; aliæ siquidem ad verborum structuram pertinent, quæ figuræ *Grammaticæ* dicuntur; aliæ verò ad sermonis ornatum spectant, quæ *Rhetoricæ* appellantur; quæque *tropos*, et *schemata*, seu *figuras* cùm dictionis, tùm sententiæ complectuntur.

## CAPUT PRIMUM.

*De Figuris Grammaticis.*

**F**iguræ Grammaticæ ad quinarium numerum facile reducuntur. I. Ellipsin. II. Pleonasmum. III. Enallagen.



IV. Hypallagen. V. Synchronism. Quamvis autem in Syntaxi simplici nonnulla de figuris istis dixerimus; quia tamen omnia notatu digna, pro ratione materiæ observari non potuerunt, de his in hac parte, quamvis breviter, speciatim agemus.

## ARTICULUS I.

### De Ellypsi.

**E**llypsis figura est, qua in sermone aliquid deficit, quod mente supplendum est. Triplex hujusmodi defectus potest assignari. 1.º Cùm planè non existat in textu, quod addendum est. 2.º Cùm existat quidem, sed *implicitè*, in voce scilicet conjugata contraria, vel analogâ. 3.º Cùm existat *explicitè*, sed in præcedentibus, vel consequentibus, undè illud est repetendum.

Exemplum primæ speciei, Ezech. 47. v. 13. *Hic est terminus, quo hereditatem dividetis terram duodecim tribubus Israël* יוסף חבלים *Joseph funiculi*, supple, duo erunt, unus pro Manasse, alter pro Ephraïmo, Vulgat. *quia Joseph duplicem funiculum habet*, Chald. *Joseph accipiat duas partes.*

Secundæ speciei exemplum, Num. 11. v. 14. *Non possum ego solus ferre totius populi hujus*, supple נשׂוֹן *onus, pondus*, ex vv. 11. 17. eaque vox *implicitè* existit in verbo præcedenti נשׂוֹן.

Tertiæ speciei, cùm existat *explicitè*, sed in membro præcedenti, ut Prov. 17. v. 21. *Qui gignit stultum, ad*

*mœrorem sibi*, supple ex præced. membro, *gignit*; sequitur enim: *sed nec pater in fatuo letabitur.*

Ex membro sequenti, ut Jos. 3. v. 3. *Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, et Sacerdotes stirpis Levitica portantes eam*, supple *proficiscentes*, ex verbo mox sequente: *vos quoque proficiscemini e loco vestro.*

## ARTICULUS II.

## De Pleonasmō.

**P**leonasmus ellipsi e diametro opponitur. Figura est, qua verba, aut sententiæ in oratione abundant. Neque tamen omnino otiosa sunt, ac inutilia; quæ repetuntur, ea enim vel rem pleniùs exponunt, vel emphasisim indicant, vel affectum dicentis arguunt, vel distributionem expriment, vel denique, ut ait D. Aug. in Psalm. 104., *pertinent ad eloquutionis varietatem medentem fastidio, non ad diversitatem sententiarum.*

Iste autem pleonasmus, seu repetitio fit, vel penès verba, seu voces, cùm eadem vox, vel plures reperuntur, ut Exod. 12. v. 50. *Feceruntque omnes filii Israël, sicut præceperat Dominus Moysi, et Aaron עָשׂוּ כַּכֵּן* sic fecerunt, hoc est, *diligenter, et cum studio exsequuti sunt.* Vulgat. hæc ultima verba quasi supervacanea neglexit.

Vel fit penès sensum, quando eadem sententia iteratur, ut Exod. 12. v. 2. *Mensis iste vobis principium mensium: primus erit ipse vobis in mensibus anni.* Vide etiam cap. 15. v. 16. &c.



## ARTICULUS III.

## De Enallage.

**E**nallage figura est, qua partium orationis accidentia invicem permutantur; ut cùm in nominibus, et verbis ponitur genus pro genere, numerus pro numero: in nominibus casus pro casu, in verbis tempus pro tempore, modus pro modo, et persona pro persona. Multa jam de hac figura in singulis ferè orationis partibus dicta sunt, quare unum, vel alterum exemplum exponemus.

Zach. 5. v. 10. *Et dixi ad Angelum, qui loquebatur ad me: מַלְאָכֹת אֶת-הָאִיפָה* *quo iste (Heb. isti) deferunt amphoram istam, seu Epha?* Hic participium est femininum, pronomen verò masculinum.

Gen. 31. v. 41. *Sicque עֶשְׂרִים שָׁנָה* *viginti anno (id est, annis) in domo tua servivi tibi.* Singularis pro plur.

3. Reg. 8. v. 31. *וּבֵּן אֵלֶּהָ* *veneritque (masc.) juramentum (fem.), supple אִישׁ vir juramenti, hoc est, juraturus.* Alia exempla vide, cùm de nominibus, et verbis loquuti sumus.

## ARTICULUS IV.

## De Hypallage.

**H**ypallage vocum est commutatio, qua uni tribuitur, quod alteri competit. Figuræ hujus exempla cùm apud sacros, tum apud profanos auctores inveniuntur.

Apud sacros auctores.

Jud. 1. v. 8. *Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem, ceperunt eam....* וְאֶת־הָעִיר שָׁלְחוּ בָאֵשׁ *et civitatem miserunt in ignem*, h. e. civitati ignem miserunt.

4. Reg. 9. v. 30. *Et posuit (Jezahel) in fucos oculos suos*, id est, posuit fucum in oculis suis. Vulgat. *depinxit oculos suos stibio*.

Psalm. Heb. 139. v. ult. *Et vide, אִם־דַּרְךְ עֲצִיב־בִּי si via iniquitatis in me est*, h. e. si ego sum in via iniquitatis; sequitur enim, *et deduc me in via aeterna*. Vide etiam Psalm. Hebr. 80. v. 6. et 106. v. 46.

Apud profanos.

Virg. Æneid. lib. 6. v. 268.

*Ibant obscuro sola sub nocte per umbram,*  
pro ibant soli obscura sub nocte &c.

## ARTICULUS V.

### De Synchroni.

**S**ynchroni figura est, qua vocum, aut sensus ordo perturbatur, et confunditur. Ea locum habet I. In vocibus simplicibus, ut Exod. 22. v. 20. *Qui immolat Diis, occidetur, præterquam Domino soli*, id est, qui immolat Diis, præterquam Domino soli, occidetur.

II. In vocibus conjunctis, ut Exod. 12. v. 15. *Quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israël, a primo die usque ad diem septimum*, id est, quicumque comederit fermentatum a primo die usque ad diem sep-



timum, peribit anima illa de Israël. Vide etiam Deuter. 32. vers. 5.

III. In tota propositione, cùm subjectum prædicato postponitur, ut Psalm. Hebr. 111. v. 3. *Confessio, et magnificentia opus ejus*, h. e. opus ejus est decor, et magnificentia, sive decorum est, et magnificentum. Vide etiam Isai. 34. v. 4.

IV. In sermone continuo, cujus partes per metathesim, seu trajectionem quandoque enarrantur, ut 1. Reg. 6. v. 14. *Et plaustrum venit in agrum Fosue Bethsamitæ, et stetit ibi: erat autem ibi lapis magnus, et conciderunt ligna plaustris, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino.* Vers. 15. *Levitæ autem deposuerunt arcam Dei, et capsellam, quæ erat juxta eam..... et posuerunt super lapidem grandem.* Prius arca deposita erat a Levitis, quàm ligna plaustris conciderentur, et vaccæ offerrentur in holocaustum. Vel præteritum *deposuerunt* per plusquam perfectum exponendum est, scilicet, *deposuerant*.

V. In distinctis rerum gestarum narrationibus; sæpè numero enim in scripturis res factæ non eo ordine, quo contigerunt, sed quandoque per *anticipationem*, quandoque per *recapitulationem*, ut ajunt, seu *postpositionem* narrantur.

Per *anticipationem* narrationis. Gen. 1. v. 27. et seqq. creatio primorum parentum, copulatio, ac benedictio memoratur. Secundo autem cap. v. 7. creatio Adami, v. 18. et seqq. creatio Hevæ, ejusque ad Adamum adductio, et conjunctio prolixius describitur.

Gen. 21. v. 14. Agar dicitur errasse in deserto Bersabee, qui tamen locus hoc nomine postea donatus est, nempe, quando Abraham foedus misit cum Abimelecho, v. 31. *Idcirco vocatus est locus iste Bersabee, quia ibi uterque juravit.*

Per postpositionem narrationis historicae. Hæc figura præcedenti respondet, eaque locum habet, cum ex occasione aliqua narratur quidpiam gestum post tempus, quo reipsa contingit, ut

Gen. 11. v. 1. et seqq. Linguarum confusio narratur, cum tamen præcesserint ea, quæ cap. 10. referuntur; in eo siquidem vv. 5. 20. et 31. hujusce linguarum varietatis fit mentio &c.

## CAPUT II.

### *De Figuris Rhetoricis.*

**F**iguræ, quæ ad sermonis ornatum pertinent, rhetoricae appellantur; suntque duplicis generis, *Tropus*, scilicet, et *Figura*, sive *Schema*.

Tropi ipsum verborum sensum spectant, dum propria vocum significatio in aliam cognatam, contrariamve convertitur; unde ejus etymologia a *verto*, *converto*, a græco in latinum traducto, deducitur.

Figuræ verò verborum sensum *per se* non immutant, sed sermoni tantum ornatum conferunt, unde et schemata vocantur, id est, orationis *habitus*. Dico *per se*,



licet enim tam translatis, quam propriis verbis figuretur oratio: qua tamen ratione verba translata sunt, non ex vi schematis, seu figuræ, sed tropi translata sunt; atque eadem, præterquam quod tropica sunt, seu translata, alium insuper ad orationem respectum sæpè obtinent, qui figuræ est, non tropi.

Secundùm igitur hanc figurarum rhetoricarum distinctionem agemus 1.º de Tropis: 2.º de Figuris.

Tropologia autem duæ sunt partes; altera troporum *species*, altera eorundem *affectiones* explicat.

Troporum *species* quatuor vulgò recensentur. I. Metonymia. II. Ironia. III. Metaphora. IV. Synecdoche.

Troporum *affectiones* tres numerant. I. Catachresin. II. Hyperbolem. III. Allegoriam, cujus species duæ sunt: *Paræmia*, seu Proverbium, et *Anigma*.

De singulis iis speciebus, et affectionibus hîc disseremus, sed breviter, ne nimis proluxa, et fastidiosa Grammatica hæc studiosis videatur, qui verò plura cupiat, ad Doct. Guarinum aliosque adeat auctores.

## §. I.

### De Metonymia.

Metonymia, quam *nominis pro nomine positionem* vocat Quintilianus, tropus est, quo causa pro effecto, effectus pro causa, actio pro persona efficiente, continens pro contento, signatum pro signo, accidens pro subiecto, contentum pro continente, tempus pro suis partibus

&c. ponitur. Frequens est tropus iste in sacris literis.

## §. II.

### De Ironia.

Ironia tropus est, quo contrarium pro contrario, si-  
ve oppositum pro opposito ponitur, vel quo ex re no-  
minata, res huic contraria, aut opposita intelligitur. Hic  
tropus locum habet in vocibus per se consideratis, quæ  
vulgò *Antiphrasis* appellatur; et etiam in vocibus in ora-  
tione certa positis, et cum illusionem, vel exprobrationem  
quadam pronuntiatis, quæ est propriè ironia, cujus spe-  
cies quædam est *Sarcasmus*; cùm quis ironia acerbiorè  
miseris, et calamitate oppressis insultat.

Huc referri possunt quædam manifestè falsa, et fal-  
laci animo prolata; cùm dicentes longè aliter scirent,  
sentirentque, ac loquebantur, ut Gen. 3. v. 4. *Dixit  
autem serpens ad mulierem: nequaquam morte moriemini,  
v. 5. scit Deus.... quod aperientur oculi vestri.*

## §. III.

### De Metaphora.

Metaphora tropus est, quo vox a propria, et genui-  
na significatione ad aliam, sed cognatam, propter simi-  
litudinem, transfertur. Metaphoram *necessitas genuit ino-  
pia coacta, et angustiis*, inquit Tullius lib. 3. de Orat.  
*post autem delectatio, jucunditasque celebravit. Nam ut*



*vestis frigoris depellendi causa reperta primò, post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis, et dignitatem: sic verbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis.* Hinc tropus iste, uti reliquorum omnium frequentissimus, ita etiam florentissimus est, et jucundissimus.

Tàm latè patet metaphora, ut teste eodem Tullio ibid. *nihil sit in rerum natura, cujus nos non in aliis rebus possimus uti vocabulo, et nomine.* Variis modis hic tropus considerari potest. I. Cùm ad Deum transferuntur, quæ propriè hominis sunt, semota tamen omni imperfectione. II. Quando eidem affiguntur, quæ ad alias creaturas pertinent. III. Cùm rebus, quæ personæ non sunt, tribuuntur ea, quæ personis propriè competunt. Aliis tandem modis occurrit metaphora, tùm in eis, quæ a Deo, et creaturis desumuntur, tùm in iis, quæ a personis, et rebus sacris, atque divinum cultum quacunque ratione attinentibus, deducuntur.

#### §. IV.

##### *De Synecdoche.*

Synecdoche tropus est, quo totum pro parte, et vice versa, pars pro toto ponitur. Quintilianum meritò, ut videtur, carpit Vossius lib. 4. Instit. Orat. cap. 8. quod hujusce definitioni addiderit voces: *precedentia pro sequentibus, vel contra*; neque enim cùm ex antecedentibus colligimus sequentia, synecdoche est, sed metony-

nia: et illud Virgil. Eclog. 2. quod in exemplum synecdoches affert ipse Quintil. *Aspice aratra jugo referunt suspensa juvenci*, metonymia signi est, boves enim stabulum vespere repetentes noctis sunt appropinquantis indicium.

Quatuor igitur modis considerari synecdoche potest.

I. Cùm genus pro specie, seu universale pro particulari accipitur. II. Cùm species pro genere, vel particulare pro universali ponitur. III. Cùm integrum pro membro, seu totum specialiter sic dictum pro parte ponitur. IV. Cùm pars specialiter sic dicta pro toto, et membrum pro integro ponitur.

### §. V.

#### De Catachresi.

Catachresis tropi affectio est, qua a communi tropicè loquendi consuetudine quædam aliquantulum discedunt, et duriùs afferuntur, vel cohærent. Id autem contingit in vocum acceptione, seu significatione, v. g. Deuter. 16. v. 7. Verbum *לִשְׂחַף* *coquere*, usurpatur de agno Paschali, qui coquendus non erat, sed assandus ex Dei mandato, Exod. 12. v. 9.

Vel contingit in earum conjunctione, ut Exod. 5. v. 21. *Fœtere fecistis odorem nostrum in oculis Pharaonis &c.* Fœtor, et oculi hîc catachresticè junguntur, eaque metaphora innuitur maxima ex parte Pharaonis aversatio.

Vel denique in earundem vocum permutatione; et



hæc locum habet in vocibus, in quibus Interpres Sacræ Scripturæ obviam dumtaxat significationem interdum exprimunt, relictis aliis, quæ commodiorem sensum quandoque efficere videntur, vel significationis unius interpretamentum pro alterius significationis interpretamento ponitur, ut Isai. 55. v. 3. *Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David stabiles*, Septuaginta, et Apost. Act. 13. v. 34. *Sancta David fidelia*; דָּוִד enim et *misericordias*, et *sanctitates*, sive *sancta* significat, Vulgat. *Misericordias David fideles*.

## §. VI.

*De Hyperbole.*

Hyperbole tropi affectio est, qua voces insolentiùs, et audaciùs, rerum amplificandarum, aut extenuandarum gratia a nativa sua significatione in aliam traducuntur. Vel ut scribit S. Aug. lib. 16. de Civitate Dei cap. 21. *Tropus vel modus locutionis est, quando id, quod dicitur, longè ampliùs est, quàm quo eo dicto significatur.* Dicitur in prima definitione aut extenuandarum, quia *extenuatio*, sive *imminutio* ad hyperbolem etiam per antiphrasin pertinet.

Duplex statuitur Hyperbole, *rhetorica*, scilicet, et *logica*. Rhetorica ea est, qua vocum ipsarum, vel singularum insolentior, audatiorque fit translatio, ut bellum pro quavis rixa privata, cœlum pro maxima altitudine, abyssus, sive infernus pro magna profunditate, seu de-

jectione; vel vocum connexarum, sive in phrasi conjunctarum, ut Gen. 41. v. 47. *Et fecit (produxit) terra septem illis annis saturitatis ad manipulos, seu manipulatim*, quasi diceret, ex uno grano integer manipulus colligebatur; qua hyperbole maximus proventus innuitur.

Logica verò, qua audatior, atque a veritate simplici alienior comparatio, verbis tamen propriis concepta, atque expressa, instituitur, ut 2. Reg. 1. v. 23. Saul, et Jonatas aquilis velociores dicuntur.

Extenuationem, seu imminutionem ad hyperbolem diximus etiam pertinere, ut Gen. 18. v. 27. *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, et cinis*, h. e. cum vilissimus homo ego sim &c.

## §. VII.

*De Allegoria.*

Allegoria tropi, ac metaphoræ continuatio est, qua aliud dicitur, aliud significatur, seu aliud verbis, aliud sensu ostenditur. Duplicis generis statui potest allegoria, *simplex*, scilicet, et *allusiva*; simplex est, quæ a rebus quibuscunque naturalibus desumitur, ut Genes. 3. v. 15. *Inimicitias ponam inter te (o serpens) et mulierem, et semen tuum, et semen illius* היא, *ipsam (semen) conteret caput tuum, et tu* תשופני עקב, *conteres calcaneum ejus*. Per serpentem eo loci intelligitur diabolus, qui in serpente latens, Hevam alloquutus est; quique aliàs



serpentis, et draconis nominibus designatur, nempe Apocal. 12. vv. 7. 8. &c. Per *mulierem* synecdochicè Adamus, et totum genus humanum ex his protoplastis oriturum. Per *semen serpentis* tota diabolorum caterva, quæ Messiae interitum machinatura erat. Per *semen verò mulieris* Messias ex sanctissima Virgine natus, qui que sæpiùs in Novo Testamento vocat se *filium hominis*. Ipsum sanctissimum semen contrivit caput serpentis, hoc est, diaboli imperium destruxit; sicut enim contrito serpentis capite, nihil ipsi veneni, roboris, ac vitæ superest: ita per Christi mortem sublata diaboli potentia, quam in homines per peccatum exercebat, nihil ampliùs in eos juris, ac roboris habet, nisi quantum ab ipsis ei tribuitur. Denique, Messiae *calcaneum contriturus*, diabolus dicitur (idem enim verbum שׂוּף, et de Christo, ac de diabolo usurpatur), quo vaticinio declaratur Messiam ad passionem, et mortem per diaboli membra, Judæos, fore perducendum. Verùm Deus Pater eum a mortuis suscitavit, ac victorem, dominumque inferni constituit; quamobrem in calcaneo tantùm, non in capite læsus a diabolo est, qui e contrario contrito capite, non calcaneo solùm, penitùs interiit. Non moror, quod in Vulgat. Latina legatur, *ipsa conteret* &c., nam vetustissima quædam exemplaria latina habent *ipse*, teste Luca Burgensi. Sic etiam legerunt triplicis Ter-gum auctores, nec non reliqui Hebræi.

Allegoria allusiva est ea, quæ ad alia sive dicta, sive facta respicit, ut Psalm. 54. Hebr. 55. v. 10.

*Præcipita*, vel *perde Domine, divide linguas eorum*, ubi allusio fit ad linguarum confusionem, de qua Gen. 11. v. 7. In eodem Psalm. v. 16. *Descendant in infernum viventes*, de interitu hostium, ut de supplicio Datham, et Abiron, Num. 16. vv. 30. 37. loquitur Psaltes.

## §. VIII.

*De Proverbio.*

Proverbium, quantum hîc consideratur, sermo est a publica loquendi consuetudine, quæ vulgò etiam ignota non est, petitus.

Proverbium vocibus, vel propriè acceptis, vel tropo aliquo, quod hîc potissimum respicitur, affectis enuntiatur. Utrumque autem, vel in *sententiis integris*, vel in *phrasibus*, quas vocant *proverbiales*, quæque ex communi usu desumuntur, occurrit.

In sententiis integris, ut Genes. 10. v. 9. *Ob hoc exiit proverbium: quasi Nemrod robustus venator coram Domino*, quo in loco sententiam illam in proverbialibus abiisse, affirmat Spiritus Sanctus.

In phrasibus proverbialibus, ut 1. Reg. 25. vv. 22. 34. 3. Reg. 14. v. 10. cap. 16. v. 11. 4. Reg. 9. v. 8. Phrasis *perdere* seu *delere mingentem ad parietem*, extremam internationem denotat, qua nec cani quidem parcitur, qui altero pede sublato ad parietem mingere solet.



## §. IX.

De *Ænigmate*.

Ænigma definiēte Sanct. August. lib. 15. de *Trinit.* c. 9. *Obscura est allegoria*, sicuti est: *Sanguisugæ duæ erant filia* &c. Prov. 30. v. 15. Vossio lib. 4. *Instit. Orat.* cap. 11. *Ænigma propriè esse videtur, oratio obscuritate allegoriæ rem notam significans.*

Ænigma strictè, et latè accipi potest. De ænigmate strictè sumto vix unum, aut alterum in scripturis reperies exemplum, sit unum Jud. 14. vers. 14. *De comedente exiit cibus, et de forti egressa est dulcedo.* Hic per *comedentem*, et *fortem* leo intelligitur per synecdochem generis; per dulcedinem verò mel, per metonymiam adjuncti, ut v. 18. explicatio subjungitur.

Ænigmatis latè sumti nomine obscuriores parabolæ, et allegoriæ possunt intelligi; ænigmatis hujus plurima in scripturis reperiuntur exempla, hoc unum sufficiat. Psalm. Hebr. 49. v. 6. *Cur timebo in die mala? Iniquitas calcanei mei*, vel secundum lectionem Massor. *Calcaneorum meorum circumdabit me.* Non conveniunt Interpretes de *die illa mala*, nec de *iniquitate calcaneorum*. Hæc expositio aliquibus videtur simplicior. *Cur timebo* (pauperiem) *in die mala*, nempè senectutis, *cujus dies mali dicuntur*, Eccles. 12. v. 1. Si huic occurrere velim divitias comparando, quæ vix sine peccato acquiruntur; *iniquitas calcaneorum meorum circumdabit*

me, h. e. poena iniquitatis gressuum meorum, sive actionum mearum circumdabit me; ita ut calcaneus synecdochicè accipiatur pro pede, et pes metonymicè progressu, sive actione. Quidam hunc versiculum sic exponunt: *Cur timebo in die mala*, nempe mortis, quando *iniquitas calcaneorum meorum circumdabit me*, scilicet mors, adeo ut respiciatur ad illud Genes. 3. v. 15. *Ipsium (semen) conteret caput tuum, et tu (serpens) conteres calcaneum ejus*. Mors autem dicitur iniquitas calcaneorum, sive poena calcaneis inflicta, quia totus homo ea non perit, quandoquidem illius superest anima, estque a Christo in vitam revocanda.



## LIBER TERTIUS.

## DE PROSODIA HEBRAÏCA.

## CAPUT UNICUM.

*De Carminibus Hebræorum.*

CONSTANS est eruditorum sententia, quasdam Sacræ Scripturæ partes oratione metrica esse compositas; at quamam veteris hujus poëseos fuerit ratio, meritò quæritur. S. Hieronymus præf. in *Chron.* Eusebii Cæsariensis hæc habet: *Quid Psalterio canorius, quod in morem nostri Flacci, et Græci Pindari, nunc Jambo currit, nunc Alcaïco personat, nunc sapphico tumet, nunc semipede ingreditur? Quid Deuteronomii, et Isaïæ cantico pulchrius? Quid Salomone gravius? Quid perfectius Job? Quæ omnia hexametris, et pentametris versibus, ut Josephus, et Origenes scribunt, apud suos composita decurrunt.*

Antiquorum ergo Hebræorum poësim turpiter obliti Rabbini, novam partim ab Arabibus, partim a Græcis, et Latinis acceperunt, suisque punctis accommodaverunt, quæ quidem certò syllabarum numero, et quantitate constat, certaque pedum dimensione.

Numerus poëticus est, vel *metrum*, ad quod pertinet *scansio*, et *cæsura*, vel *rhythmus*. De quibus in sequentibus paragrafis.

## §. I.

## De Metro.

Metrum numerus est poëticus, qui certæ mensuræ pedes, certis in locis collocatos, continet. Partes ejus duæ sunt, quæ latinis Græcorum voce dicuntur *hemistichia*; ex quibus singuli versus Hebræi constant, quæque simul conjuncta *distichon* efficiunt. Prius hemistichium, quod latinorum hexametro respondet, Hebraicè dicitur דָּלֶת vel דָּלֶת *porta, ostium, introitus metri*; posterius verò, quod respondet pentametro, vocatur סָגֵר *clausura, seu conclusio ejusdem metri*. Utrumque autem conjunctum vocant Hebræi בַּיִת *domum*, quasi perfectam metri structuram, et ædificium, quod quidem Latini *distichon* appellant.

Si de veteris Hebræorum carminibus loquamur, ad veritatem proximè accedere videntur, qui putant, veteris Hebraicæ poëseos indolem positam non esse in certo syllabarum longarum, aut brevium numero, neque in rhythmis magna cum cura conquisitis; sed in dicendi genere conciso, sublimes, allegorico, hyperbolico, et quibuslibet figurarum luminibus illustri, ut sunt poëmata sacra *Jobi, Psalmorum, ac Proverbiorum*.

De hac ignota metri specie non loquimur in præsentia, sed de illa, quæ certæ mensuræ pedes habet, de ea inquam, quæ perpetuis certi numeri poëtici legibus adstringitur, ac populari usu magis exculta fuit.



Pes igitur est dimensio syllabarum temporibus definita, estque *monosyllabus*, vel *disyllabus*.

Monosyllabus dicitur תנועה *motio*, syllaba videlicet justo tempore mota, ac prolata, hoc est, longa, quam *semispondeum* appellare possumus, ut פָּתֵר *pater*, תַּנְתַּן *tantum* &c. Quinque enim vocales breves in poetica longæ censentur, quòd attinet ad metrum. Pathach etiam furtivum syllabam longam sæpè efficit. Si monosyllabus continuò repetatur Latinis dicitur *spondeus*, Hebræis שתני תנועות *dua motiones*, ut פָּתֵר *liber*, quòd si *tertia*, vel syllaba longa adhuc accesserit, fit *molossus*, ut פָּתֵרִים *manus*.

Disyllabus dicitur יתד *clavus*, quòd instar clavi initium acutum, finem verò obtusum, hoc est, primam syllabam habeat brevem, et alteram longam, qualem Latini *jambum* vocant. Hunc autem clavum, seu jambum constituunt quatuor vocales brevissimæ, nimirum (:) (:) (:) (:) (:) ut פֶּרִי *fructus*, דִּמְדִים *dimidium*, פִּסְטִילִי *pistillum*, אֲפִיָּה *afflictio*. Si addatur semispondeus a fine, fit *bacchius* ex prima brevi, et duabus longis, ut מְלָכִים *reges*, עֲבָדִים *servi*, אֲמוּנִים *veraces*, חֲסִידִים *acerivi*. Si ad jambum ab initio accedat semispondeus, sive syllaba longa fit *creticus*, ut עַבְדְּךָ *servus tuus*; sed hic rarissimè usurpatur.

Scurek initiale, non sequente sceva, breve est: quia ponitur pro ו, ut וְכִיָּה *et quid*, jambus; וְפִיָּה *et os tuum*; bacchius &c. At quando sequitur sceva, unam cum eo syllabam longam efficit; ut וְשֵׁמוֹ *uscmó* disyllab. *et nomen ejus*, quia adhibetur pro chirik, וְשֵׁמוֹ *viscmó*.

Ad metrum pertinet *scansio*, et *caesura*.

Scansio est metri per singulas syllabas dimensio. Ea in Hebræis versibus non variatur; sed altera alteri stricte respondet; adeo ut si in primo hemistichio sint octo syllabæ longæ, totidem, et ejusdem quantitatis in altero reperiantur, necesse sit, secùs ac in Latinis hexametris; v. g. in quibus spondei, et dactyli indiscriminatim usurpari possunt, modò pes quintus sit dactylus, sextus verò spondeus.

Cæsura nulla, aut saltem exigua ratio habetur apud Hebræos, qui in syllabis similiter incisis, et sibimet ordine respondentibus, omnem, et sufficientem agnoscunt elegantiam. Hinc singulis sæpè pedibus singula vocabula tribuuntur; imò cum cæsura in voce aliqua reperitur, eam in duas dividunt, ut faciliùs metrorum incisorumque percipiatur æqualitas.

## §. II.

### *De Carminum Hebræorum rhythmo.*

Rhythmus est numerus poëticus certum syllabarum numerum certis clausulis terminatarum continens. Hebræis dicitur חֲרִי, unde שִׁיר חֲרִי *carmen rhythmicum*.

Rhythmus autem tribus modis peragitur:

1. Quando fines, sive terminationes una litera, sive vocali, sive consona conveniunt.

Vocali, ut מֶלְכִי *rex meus*, et קִדְשִׁי *sanctitas mea*, Psalm. 2. v. 6.

Consona, ut אֵל *Deus*, et דָּל *pauper*; carmen istud ab Hebræis vocatur שִׁיר עֵבֶר *carmen transiens*, quòd tran-



seat aures, et vix agnoscī, aut percipi possit, vel, secundū alios, quōd sit tolerabile.

2. Quando duæ literæ ibidem reperiuntur, vel vocalis cum consona simili, ut *הַלְקוֹת* *blanditia*, et *גְּדוּלוֹת* *magnifica*, aut *magnifica*, ut Psalm. Hebr. 12. v. 4. ubi ו, et ה sunt literæ similes in utroque rhythmō. Vel consona cum vocali itidem simili, ut *הַנְּנִי* *miserere mei*, et *אֲנִי* *ego*, Psalm. Hebr. 25. v. 16., isque rhythmus vocatur ab Hebræis *שִׁיר רָאָי* *carmen conspicuum*; quod priori facilius percipiatur, et majori circumspectione indigeat.

3. Quando tria, vel etiam plura elementa similia concurrunt; isque rhythmus est vel monosyllabus, vel disyllabus, vel trisyllabus.

Monosyllabus est, quī constat duabus literis similibus, et vocali, ut *הָאֵל* *Deus*, et *עִמָּנוּאֵל* *nobiscum Deus*.

Disyllabus rhythmus is dicitur, in quo ratio potissimum habetur duarum vocalium similitum, quibus interponitur consona, itidem similis, vel sola, vel cum aliis mixta.

Sola, ut *יִרְבֵּצֵנִי* *collocabit me*, vel *accubare faciet me*, et *יִנְהַלֵּנִי* *ducet me*, Psalm. Hebr. 23. v. 2., ubi sola litera נ inter (״), et (י) ultimum interseritur.

Mixta cum aliis, quando aliam adhuc recipit consonam similem, vel a priori tantum, vel a posteriori solum, vel a priori simul, et posteriori.

A priori tantum, ut *עֲבָדְךָ* *servus tuus*, et *חַסְדֶּךָ* *miseri-cordia tua*, Psalm. Hebr. 31. v. 17., ubi præter ה inter vocales (״), et (י) insertum, præponitur litera similis ד.

A posteriori solùm, ut דְּבַרְנִיתַּי *garrula*, et יוֹצֵאֲנִיתַּי *discurrens*, voces Rabbinicæ, in quibus post נ vocalibus (י), et (י) interpositis, adjicitur ה similis litera.

A priori simul, et posteriori, ut דְּבָרִים *verba*, קְבָרִים *sepulchra*, ubi ר inter (י), et (י) positum, habet ante se literam similem ב, et post se literam eandem ם.

Trisyllabus rhythmus est, cùm trium, aut vocalium, aut consonarum habetur ratio. Trium vocalium, ut מוֹסְרוֹתֵינוּ *vincula eorum*, et עֲבוֹתֵינוּ *funes eorum*, Psalm. 2. v. 3. Trium consonantium, ut supra דְּבָרִים, et קְבָרִים. Tertia ista rhythmî species appellatur ab Hebræis שִׁיר מְשֻׁבָּח *carmen laudabile*.

Maxima est Hebraicæ poësæos elegantia, si accedat echo, ut דְּבָרִים בְּרִים *verba pura*.

Ex his tribus rhythmî generibus primum vix adhibetur, utpotè quòd nihil, aut parùm elegantia habeat, secundum usitatum est, tertium, quod ex tribus elementis componitur, est omnium usitatissimum. Si quatuor, aut pluribus constet, censetur perquam eximium; et propter hujusmodi vocum paucitatem difficile est, ac infrequens.

In his rhythmî modis ex literis, et vocalibus, quæ pronuntiatione, et sono affines sunt, una pro alia aliquando ponitur, ut עָה, et אָה; בָּה, et פָּה; לָה, et לָה; בִּי, et בִּיא, quæ quidem rhythmum constituunt, saltem de prima specie.

Metri causa, sceva post vocalem longam potest quiescere, si syllaba brevi opus non habeas, et post vocalem



brevem potest legi, si syllaba brevis necessaria sit, ut  
 לַנְּטוֹתֶיךָ *lances tue*, תִּהְיֶינָה *eris*. A principio autem dictionis,  
 et in media voce post alterum sceva absorberi nequit.

Sceva compositum in media dictione, quod per se  
 semper mobile est, in simplex resolvi potest, ut נַעֲשֶׂהָ pro  
 נַעֲשֶׂהָ *factum est*.

Videamus jam quibus locis rhythmus adhiberi solet.

1. Bina quæque hemistichia eodem rhythmio claudi  
 possunt.

2. Omnium omnino hemistichiorum finis potest esse  
 idem, et hujusmodi carmen est propriè dictum שִׁיר רִיטְמִי *carmen rhythmicum*.

3. Secundum quodque hemistichium eodem semper  
 rhythmio terminari potest, nulla planè habita rhythmii  
 divisione in primo.

4. Rhythmii ita intersecantur, ut primo versui ter-  
 tius, secundo quartus, respondere possit.

5. Bina quæque hemistichia quatuor membris inci-  
 di possunt, quorum tria priora semper eodem rhythmio  
 absolvantur, quartum verò peculiarem rhythmum sibi  
 vindicet in toto carmine similem; et hoc genus carminis  
 vocant Hebraei שִׁיר פְּחוּלֵק *carmen divisum*, alii *incisum*.

### §. III.

#### *De Carminum divisione.*

1. Dividitur carmen in *majus*, et *minus*. Majus illud  
 est, quod decem, aut plura disticha continet; minus,

quod paucioribus constat. Hoc dicitur פָּסוּק *versus*; illud שִׁיר, vel שִׁירָה *carmen, canticum*.

2. In simplicem, et compositum.

Carmen simplex dictum פְּשׁוּט שִׁיר, quod et מְרַבֵּעַ, *quadratum* appellatur, meris syllabis longis constat, scilicet octo *tenuoth*, sive quatuor spondeis, uniusque tantum est generis, ut

כֹּלֵא' אֵמִים	צִדְק' תָּמִים
עַל לֵא' פֶּשַׁע	מֵאִישׁ דָּמִים

*Iustus integer repletus est terroribus.*

*A viro sanguinolento, sine iniquitate.*

Observe præcedentia duo hemistichia in quatuor membra incisa, secundum quintam rhythmî rationem superius traditam.

Carmen compositum מְרַבֵּב est, quod ex omnibus pedibus, scilicet longis, et brevibus mixtis componitur; estque quadruplex, nempe *hexametrum, pentametrum, tetrametrum, et trimetrum*.

Hexametrum, seu dodecasyllabicum, hoc est, duodecim syllabis constans, sex pedes habet, ejusque quinque sunt species.

1. Constat ex spondeo, jambo, duplici spondeo, et jambo, et spondeo, ut

נִפְשִׁי	בְּמִצְוֹת	אֵם	דָּבַר	פְּעֻמֹתֶיךָ
בְּתִי	בְּרוּכָה	אֶת־יְאֹמַר	אֱלֹהֶיךָ :	

*O anima mea! in preceptis (Dei) si pulchri fuerint gressus tui*

*Filia mea benedicta tu (es) dicet Deus tuus.*



2. Ex spondeo, et jambo alternatim ter positus, ut

אֱלֹהֵי הַמֶּלֶךְ נִפְשֵׁי בְרַת צְדָקָתֶיךָ

*Mi Deus, sustenta animam meam in lege justitiae tuae.*

3. Conficitur, ex spondeo bacchio, jambo, spondeo, jambo, et spondeo, ut

צִיּוֹן הֲלֵא תִשְׁאַלֵנִי לְשָׁלוֹם אֲסוּרֶיךָ

*Sion an non requires pacem vincitorum tuorum?*

4. Ex spondeo, jambo, spondeo gemino, jambo, et spondeo, ut

לִבִּי מֵאֲדָר יַחְמָה כָּל־יּוֹם וְלֹא יִשְׁקוֹט

*Cor meum valdè tumultuatur quotidie, nec requiescit.*

5. Ex bacchio, jambo, spondeo, bacchio, jambo, spondeo, ut

אֱמֶת אֵל אֱמֶת אֱמֶת וְאֵם לֹא רָאִיתִיךָ

*In veritate Deus veritatis tu, etsi non viderim te.*

Pentametrum, seu decasyllabicum, quia decem syllabis constat, quinque habet dimensiones, plures hujus carminis recensentur a Rabbinis species; nos usitatores dabimus quinque.

1. Species conficitur ex jambo, spondeo gemino, jambo, et spondeo, ut

בְּעֵת הַהִיא רִיךְ שְׁפוֹט צֶדֶק

*In tempore (quo) fueris judex, judica justè.*

2. Ex spondeo, jambo, spondeo, jambo, spondeo, ut

הַשְׂכֵּל וְיִדְוַע אֲשֶׁר נִכְהִי

*Intellectum, et scientiam disponam coram me.*

3. Ex spondeo, jambo, spondeo, jambo, et molosso, ut

אָשָׂא לְכָבִי נָא אֱלֹהֵי כַפָּיִם

*Levabo cor meum nunc cum manibus.*

4. Ex spondeo, jambo, duplici spondeo, et bacchio, ut

כִּי אֲשַׁמְרֶהָ שִׁבֹּת אֶל יִשְׁמְרֵנִי

*Cum custodiam sabbatum, Deus custodiet me.*

5. Ex jambo, spondeo, jambo, spondeo, et bacchio, ut

יְהִי אֱלֹהֵי הַמִּקְבָּל הַתְּפִלוֹת

*O Deus, qui suscipis preces.*

Quamvis suprà dixerimus carmen pentametrum vocari decasyllabicum, eo quòd decem habeat syllabas, ne mireris, si in aliquibus ex suprà positis, undecim inveniis, quia datur, et pentametrum hendecasyllabicum, seu undecim syllabis constans, cum eadem quinque pedum dimensione, ratione *bacchii*, vel *molossi*.

Tetrametron, quod, quia octo syllabis constat, etiam ogdoasyllabicum vocatur, quatuor componitur pedibus; et duæ ejus dantur species.

1. Species constat ex spondeo, jambo, et duplici spondeo, ut

קוּמָה אֱלֹהִים עֲזֹרָתִי

*Surge, Deus, in auxilium.*

2. Ex jambo, et spondeo alternatim positus, ut

בְּחַר נְבוֹן יִלְמְדֶךָ

*Elige sapientem (qui) doceat te.*

Trimetrum, quod tres tantùm habet dimensiones in syllabis sex, quapropter vocatur etiam *hexasyllabicum*,



componitur ex jambo, et duplici spondeo; et quaternis membris ferè semper inciditur, servata communi rhythmici ratione, ut

שְׁמַע נָא אֶת-עֲבֹדְךָ      יְהוָה יִתְּן חֶסֶדְךָ :  
 כָּל-לַעֲוֹנֵי      וְשָׂא כָל-שִׁגְיוֹנֵי

*Audi, quæso, servum tuum, Domine da gloriam tuam.*

*Dimitte omnem iniquitatem meam, et condona omnem erratum meum.*

Plures aliæ Hebræorum carminum species videri possunt in Thesouro Buxtorphii, R. Mose, in Guarino, et aliis, qui diffusè de eis loquuntur, sicuti et de reliquis, quæ in hac Grammatica desiderari possunt.

FINIS.

68-3  
57-4

452  
251  

---

181



